poris, quia contrarium experimur: non animi, quia liberum voluntatis usum habemus: Ergo eas non esse restrictas, vel ostendendum in quo restrictio illa consistat. Respondebis merito: restrinxit ita ut non debeamus velle omnia, quæ nos volumus, sed quæ ille vult. Re&te quidem; sed cum Natura Juris omniumque, quæ eo pertinent, sit explicanda; docendum est, quomodo facultates mentis restrictæ sint; cum tamen statuamus voluntatem sua natura esse liberam. Qua ergo ratione restricta est? Hactenus quidem voluntas restricta est, ut non possit cum effectu velle, quæ physice impossibilia sunt. Intellectus quoque restrictus est, ut non possit capere, quæ supra vires ejus sunt. Sed cum mala facere physice non sit impossibile, res eo tandem redit, ut probemus aliquid esse moraliter impossibile: Id vero quale sit, ex eo argumento, quo hactenus usi sumus, non appetet. Nec satis patet, quomodo aliquid sit moraliter impossibile, quid illa impossibilitas sibi velet; & quæ sit causa ejus &c. Potest enim impossibilitas illa negari ab eo qui diceret, se nescire cur impossibile dicatur id, quod legi repugnat.

De argumento ex consensu gentium & testimoniis sapientum omnium statum desumito, ego quidem non uterer. Etsi enim omni plane vi non destituantur: is tamen qui rationes exigit, illo satisfieri sibi vix patitur. Fieri etiam forte potest, ut quædam sint, quæ orales gentes communis pravitate probent, quæ tamen jus non faciunt, sed metu sunt in iustitia atque injuria. Naturæ arcana indicanda sunt, & videndum, quid ex illis fluat, quæ sint prima juris semina, & consequenter necessaria juris existentia, nec non ejus materia (licet ita loqui) & forma ex ipsa Natura ostendenda.

Quomodo ex societate propositur.

§. 9. Altero argumento ex consensu gentium & testimoniis sapientum omnium statum desumito, ego quidem non uterer. Etsi enim omni plane vi non destituantur: is tamen qui rationes exigit, illo satisfieri sibi vix patitur. Fieri etiam forte potest, ut quædam sint, quæ orales gentes communis pravitate probent, quæ tamen jus non faciunt, sed metu sunt in iustitia atque injuria. Naturæ arcana indicanda sunt, & videndum, quid ex illis fluat, quæ sint prima juris semina, & consequenter necessaria juris existentia, nec non ejus materia (licet ita loqui) & forma ex ipsa Natura ostendenda.

§. 10. Tertium argumentum a societate desumum, re&te quidem procedit, si probatum fuerit, societatem esse a Natura constitutam & præceptam: deinde non posse illam sine lege & jure subsistere. Ita enim sequitur, eum, qui societatem præcepit, præcepisse etiam, ut omne id, quod ad finem societatis obtainendum facit servetur. Observandum enim est hoc argumentum non carere vitio, quodlibet quidam ostendam. Questio est, quo argumento probetur, Jus Naturæ

CAP. I. AN DETUR JUS NATURÆ?

5

tura existere? Respondemus cum Seneca ex societate: qua ratio-
ne? Quia illa non potest subsistere sine jure. Ergo vel proba-
tum est societatem a Natura pro lege constitutam & præceptam esse,
vel non probatum est. Si id nondum probatum est, universum jus
probare volumus ex tna ejus propositione, nondum probata;
incertum ex incerto, existentiam videlicet juris, ex societatis fer-
vanda necessitate. Sed de hac necessitate per rerum naturam non-
dum potest constare, quia hactenus ignoramus, an Jus Naturæ detur.
Nam ex quo quid probandum est, id certum esse debet, & certius eo,
quod probari debet. Prius igitur probandum est, societatem præ-
ceptam esse hominibus. Sin vero probata est societatis necessi-
tas, jam constat jus esse aliquod, nempe societatem, arque ita de
quaestione illa, an Jus aliquod Naturæ detur, dubitare amplius
non possumus. Unde simil efficitur, juris vim etiam illa habere,
qua ad tuendam societatem pertinent: reliqua vero Jura, quæ ex
societate derivari nequeunt, nova egere probatione.

§. 11. Mentionem nullam fecimus internorum motuum, Et ex internis ^{Jus}
ex quibus etiam aliqui existentiam juris probant. Ac hoc qui-
dem optimum argumentum videtur, sed ubiorem doctrinam de
motibus illis eorumque origine supponit, ut illis respondere possi-
mus, qui hos motus vel somnia, vel atræ bilis deliria putant. Cer-
tum interim est, inesse quid Naturæ nostra etiam corruptæ, quod
malum odio habet & aversatur. Est enim juris, & justitiae quidam
quasi custos, qui nos interdum monet non recte quædam a nobis
fieri. Hic plus valet, & plus persuadet, quam omnia argumenta,
sed apud illos solum, qui cum sentiunt & audiunt. Quare hoc
argumentum, etsi apud omnes non valeat, tamen quia ex natura
hominis desuntum est, non negligendum videtur. Neq; enim fru-
stra inditi sunt illi motus, sed ostendunt, Jus in animis hominum
esse scriptum, quod hominem convincit, nemine etiam monente.

§. 12. Contra Carneadem Hugo Grotius existentiam Juris Argumenta
recte videtur defendisse his argumentis: quod homo appetitu so- Grotii contra
cieratis, & quidem ordinatae & tranquillæ, cum his qui sunt sui ge- Carneadem, ad-
neris, feratur: ac proinde hominem animal quidem esse, sed a re- mirabilis gra-
liquis multum distans. Reliqua animalia etiam ferri ad utilita- dium conve-
tes xiore confan-

tes sui generis. In infantibus cerni propensionem ad benefacendum, & misericordiam. Hominibus perfectæ ætatis adesse iudicium, habere eos appetitum societatis & facultatem agendi secundum præcepta generalia eaq; soli humanæ naturæ congruere.

An solida sint.

§. 13. Hac argumenta solidissima credimus, quia ex ipsa natura rerum petitæ sunt. Sed recte percipi debet mens Grotii; quam non capiunt, qui hypothesis servientes palmam ei prætere audent. Nihil rationibus illis deesse puto: nisi forte id, quod pa- cum aquos lector ei obiiceret, nullam Dei mentionem fieri; cum ta- men legislator sit, & sine hoc nullum jus ne cogitari quidem possit. Homines enim pro arbitrio suo, quod velint jus, sibi eligere non posse, utpote qui omnem obedientiam soli DEO debeat &c.

*Licit mentio-
nem Dei non
fecerit,*

§. 14. Verum hæc cautela hoc certe loco superflua judicanda est. Sufficit enim Grotium alibi manifesto docere, Deum esse Juris Naturæ auctorem. Imo, si ne semel quidem eius mentionem fecisset; ne hoc quidem ipsi vitio vertendum esset, quia existen- tiam Juris ex Natura hominis demonstrat. Unde ergo homo existit, exinde etiam jus existit. Neque puto aliquem tam ineptum fore, qui credat Grotium Dei existentiam negasse. Vana hoc loco est & otiosa repetitio divini Nominis, uti etiam ad nauseam facta inculcatio Deum esse auctorem Juris. Nihil id facit ad Juris demon- strationem. Ostendi enim oportet, ubi Deus Jus produxerit, ubi querenda sit eius existentia, ubi videri possit. Id Grotius recte præstítit; sed non incurrit in oculos cuiusque. Dei existentiam supposuit, ut pareat: nota enim est & certa. Deinde id potissimum hic agitur, ut Jus tanquam materiam iudicem (Sit venia verbo, Jus enim non est materiale, nec rude) videamus in Natura & re- bus creatis positum sine consideratione illa, quavim obligandi ha- bet. Hancenim is facile addit & probat, qui potest. Tum vero tem- pus est, ut ad Deum recurrainus, atq; modum ostendamus quo Jus sanciverit: quem modum patrum abest, quin adeo incognitum dicam, ut terras quasdam Australes: mihi quidein certe, ubi is de- monstratus reperiatur, non constat.

*Eum tamen
Deum non ex-
cludere.*

§. 15. Denique responsioneui Grotii, et si Dei nullam fe- cerit mentionem, sufficere puto contra Carneadem, qui hominem omnia

omnia ex privata utilitate metiri volebat. Contra hunc ostendit privatæ utilitatis studium repugnare naturæ humanae: ideoque argumentum a reliquis animalibus ad hominem non procedere. Id sufficiebat contra Carneadcm, Dei vero auctoritatem non excludit. Et qui posset? cum nil sit, nec esse possit, nisi ab eo, per eum & in eo,

*Nun Grotius
ex societatis
appetitu Jus
deducat.*

§. 16. Notandum etiam, Grotium ex solo appetitu societatis non deducere juris existentiam. Manifesto enim ejus verba contrarium docent. Sed opus est, ut quid velit intelligamus. Nec recte loquimur, si juri, quod Grotius natura existere probare voluit, nullam obligationem inesse dicamus. Ante enim responsum est.^T Præterea tenendum, non sufficeret, ut verbis soli dicamus, DEum juri obligationem tribuere, quia Creator est, nisi sumus ostendamus jus naturæ existere, vel nos præcise obligari a DEo ad jus, quod in natura jacer, servandum. Qui enim id negat & rationi omnem vim abjudicat, eamque revelationi tribuit (qua certe facta est Judæis & Græcis in veteri & novo testamento,) ille nec DEum Juri Naturæ obligationem tribuisse affirmabit. Ex solo appetitu societatis certum esse videtur, nullam obligationem oriri, neque etiam laboriosa démonstratione id egat. Humana tamen obligatio oriretur societate civili constituta, qua scilicet quis metu malia Legislatore inferendi cogatur ad servandum id, quod Legislator constituit. Quod autem omnino addendum videtur, faltem species aut umbra quedam obligationis non autem vera obligatio proficiunt ex voluntate & pacto cum societate ejusq; capite inito. Nam ut ridendus est, qui consentit primo & deinde recusat, quod voluit: ita principium illud, volenti non fit iniuria, etiam tum valeret, si cogeretur ad id impendum, quod semel voluit. Recte hoc vidit Hobbesius, dum obligationem ex pacto ad societas tuendas sufficere putavit. Nos vero exinde recte inferimus, obligationis, qua DEO tenemur, naturam aliunde derivandam, ac melius ac vulgo fit explicandam esse, quia non terminatur huius vita finibus: Quod ipsum pluribus exponi re esset,

*Ouid contra
Hobbesii Jus
omnium in o-
mnia proban-
dum fit*

§. 17. Cum Hobbesii mentio facta sit, ebiter indicabimus etiam illum jus Naturæ negare, ejusque loco libertatem & Jus omnium in omnia inducere. Ut eum refutemus ostendendum nobis est, takem libertatem homini non datam esse, ut indistincte omnia, quæ vult, licite posit agere. Sed simul cum existentia ejus existere etiam jus, quo libertas voluntatis e-
jus circumscribatur. Non satis est, si dicamus, jus omnium in omnia concipi non posse. Licet enim hoc non sit verum jus, quale est id, cuius vi aliquid nostrum dicimus: non est tamen non ens, sed ejusmodi, quod bestiæ habent, quibus jus quasi est in omnia, quæ ad appetitus Naturæ satiandos requiruntur, ita tamen ut nihil proprii, nec jus retinendi habeant, quod tenent, nisi quatenus id vi defendere possunt aliasque metu ab eo eripiendo deterrere. Rem ergo acu non tangimus, si jus illud concipi non posse dicamus. Potest enim concipi: nec abso-
lute necessitatis naturalis esse videtur, ut dominia sint di-
stincta.

*An cum eo pu-
gnet, quod duo
ejusdem rei
non possint esse
socii.*

§. 18. Probandum ergo est tale jus (si ita vocari potest) homini non convenire, sed naturæ ejus repugnare. Postquam autem dominia rerum introducta sunt, impossibile est secundum principia ejus, ut duo ejusdem rei in solidum sint domini. Sed hoc axioma Hobbesii principia non turbat. Etsi enim is vocabulo *juris* utatur, non tamen qua fuit perspicacitate, jus illud omnium in omnia, quod stabilire voluit, ejusmodi esse affirmat quale est jus dominii, quod socium non admittit æquali jure. Nimis stultus fuisset Hobbesius, si id in animo habuisset & certe hanc ejus mentem fuisse, sine pudore existimare non possem. Sustulit enim per jus omnium in omnia e Natura justitiam, quæ jus suum cuique tribuit. Sustulit ergo etiam jus cu-jusque. Hinc duos ejusdem rei non posse in solidum dominos esse, adversus eum allegari nequit, qui negat ullum dominium aut dominum dari, sed æqualiter omnibus in omnia jus competere affirmit: id quod Hobbesius facit. Itaque sententia ejus hactenus stat inconclusa.

§. 19. Ni-

§. 19. Nihil ad rem attinet, quod dici posset, jus illud omnium in omnia esse magis lites de jure, non jus aliquod. Quid enim inde? Sicut in eo statu, quem Hobbesius ponit, lites uti & hodie lites & perfida bella sunt, ubi quilibet qui bellum gerit, dicit se juste agere. Hoc ipsum est, quod ille vult; nempe ut in statu, quem ponit, bella sint & lites. Igitur nec hoc repugnat Hobbesio sed juvat potius eum. Alia ergo afferenda sunt argumenta, ut illum vincamus. Haec tenus enim superior est. Nihil quoque juvat, si dicas, furtis & latrociniis in statu illo permissis, nullam fore differentiam inter homines & animalia. Licet enim haec omnia permissa essent, maxima tamen differentia appareret inter homines & animalia. Homines enim scientes & intelligentes agerent omnia, quae animalia faciunt ex solo impetu: Furarentur, bellum gererent, latrocinarentur cum ratione & sic peiores hactenus essent bestiis. Deinde in eo maxime different, quod homines ex illo statu belli per actum discedere voluerint, & imperium sibi adsciscere, divinis revelationibus autem præbere, atque ad religionem animum applicare, quod non faciunt certe animalia, quae manent in statu quo sunt.

An Jus illud tollat differentiam inter homines & animalia?

§. 20. Et quid si natura nullam aliam differentiam inter homines & animalia voluerit, quam eam, quae ex facie & facultatibus reliquis naturalibus hominum, qui hodie etiam sine Iure & ratione vivunt, cernitur? Non dico differentiam natura nullam esse inter homines & bestias; nec sane id dieceret, nisi bestia; Sed hoc volo, argumentum illud contra Hobbesium nihil facere, antequam alia, quae eum feriunt & nodum solvunt ex Natura petita & demonstrata fuerint. Non ergo possumus tam levi opera illum oppugnare, quamvis assertamus, cædes illas, furtæ, injuriæ, de quibus ante, repugnare voluntati Creatoris. Illa enim dicit convenire cum voluntate Dei: Nos negamus. Sola vero negatio asserti, non est probatio. Omnia igitur, ut appareat, quæ Hobbesio hactenus respondere voluimus, petunt principium, & ne tantillum quidem eum tangunt.

An Hobbesio satisfactum fit,

§. 21. Sic quoque plane falsum, non est, quod metus sit causa civitatum. Nec quicquam facit contra Hobbesium, quod sit civitates civitates non esse ex mente ortas.

civitates à Natura constitutæ sint. Non pugnant illa. Nam distinguendæ sunt diversæ quæstiones, quæ hic formari possunt. Metus potuit esse causa civitatis alicujus condendæ, vel ut reëius loquar occasio: Potuit & indigentia causa esse civitatis inter homines ipso facto constitutæ, id est, hujus vel illius civitatis: Aliud vero est an Natura hominum societatem in genere constituerit. Hæc si affirmes non pugnabis tecum: & proinde non mentitus est Hobbesius, cum dixit, metum esse causam civitatum.

¶ Homines enim, quando illa agunt, ad quæ naturali quodam impen-
tu ferentur, & quæ ita sunt comparata, ut ea Natura velit fieri,
non faciunt illa, ut puram simplicem & rectam institutionem Na-
turæ sequantur. (Id enim summa rationis est), & maximæ pru-
dentiae atque sapientiae, cuius paucis compotes sunt) sed agunt o-
mnia impetu quodam, eoque non uno, sed vario pro cuiusque ca-
ptu & ingenio. Consequens igitur non est, Natura concedit so-
ciatem humanam; Ergo civitates quædam non sunt ex metu
ortæ. Idem est, ac si dicetis, Natura constituit societatem in-
ter homines: Ergo non dantur bella. Idem enim dixit
Hesiodus:

*Namque hanc hominibus legem posuit Saturnius.
Piscibus quidem & feris, & avibus volucribus,
Se mutuo ut devorent, quandoquidem iustitia carent:
Hominibus autem dedit iustitiam, quæ multo melior.*

*An obligatio
suerit inter
homines in
statu quem
Hobbesius fin-
xit.*

§. 22. Multo minus obstat Hobbesio: Nullam fore obli-
gationem in eo statu, quo singimus homines, meta convenisse in
civitates. Non puto Hobbesium nullam velle obligationem
quam eam, quæ uniuersumque adstringat ex propria utilitate, &
metu: Hoc cessante, cessabit etiam civitas: quod dictu non
absurdum. Quia vero causa metus perpetua est & continua, po-
ni non potuit, incessuras esse civitates, licet una vel altera per-
sona se subtrahat alicujus potentia. Admodum etiam probabile
est, si non tertum, singulos potuisse conferre in principem quod
habebant; habebant autem & poterant omne, quod volebant.
Ponit enim Hobbesius, homines natura frui libertate sumnia, sine
ulla lege: *Divina igitur auctoritate ut imperans munirent inter
illos*

illos, qui solum utilitatis rationem sibi sufficere credebant, non erat necessarium. Aliis ergo argumentis oppugnandus est Hobbesius, si quæ sunt ad manus.

CAP. II.

De Natura.

§. 1.

Quid Natura sit, a qua Jus Naturæ dicitur, accurate sciendum est. Videamus ergo quæ fuerit optimorum Autorum hac de re sententia. *Ciceronis opinionem* primo loco proferam, quam *lib. II. de Natura Deorum* exponit. Alii, inquit, naturam censent esse vim quandam sine ratione oientem motus in corporibus necessariis: alii autem vim, partipem rationis, atque ordinem, tanquam via progredientem declarant, et que, quid cuiusque rei causa efficiat, cuius solertiam, nulla ars, nulla manus, nemo opifex, consequi possit imitando. &c. Addit: *Esse qui omnia naturæ nomine appellant, ut Epicurum &c.* Sed nos, inquit, cum dicimus natura constare administrareque mundum, non ita dicimus, ut glebam aut fragmentum lapidis, aut aliquid ejusmodi, nulla cohæredi natura, sed ut arborem, aut animal, in quibus nulla temeritas, sed ordo appetet, & artis, quædam similitudo. Pergit: non solum stirpes, sed & terram ipsam ut & artem natura contineri, quippe quæ gravata seminibus omnia pariat & fundat ex se stirpes, amplexa alat, & augeat, ipsaque alitur vicissim a superis externisque naturis. Eandem porro rationem in reliquo mundo esse dicit: & quatuor corporum vicissitudine mundi naturam continuatam esse, atque ita totum mundum natura administrari. Etenim, qui reliquas naturas omnes, earumque semina contineat, qui possit ipse non natura administrari? Concludit tandem: cum mundi partes natura administrentur, necesse esse mundum ipsum natura administrari: Naturam ergo rationis expertem non esse habendam &c.

Sententia Ciceronis de natura.

B 2

§. 2. Sic

*eam videri
obscurem,*

§. 2. Sic ille, sed meo quidem judicio, satis obscure; naturam enim ipsa natura constituit, nec dicit, quid sit Natura, præter vim rationis non expertem. Quæ vero sit illa vis vix divinare licet. Neque etiam patet, an illa naturam ita descriperit, ut fons est & origo Juris; atque ut ad eum, quem nos præ oculis habemus, sensum explicandum aliquid conferre possit. Illum ergo misum faciemus.

*Sententia
Stoicorum.*

§. 3. Stoici teste Seneca Epist. 65. duo esse dicunt, ex quibus omnia fiant, causam & materiam. Materiam jacere intertem, rem ad omnia paratam, cessaturam, si nemo moveat: causam autem, id est rationem formare materiam, & quocunque venit versare, atque ex illa varia opera producere. Causam esse rationem facientem, id est Deum. Ilii igitur Deum & materiam pro Natura habent. An hæc clariora videantur nescio. Ut enim Naturam pro DEO interdum acceperint Veteres, plerumque tamen aliud causa indicare voluerunt: DEO inferius. Materia certe, quod alterum est, sola Naturam non constituit, nec hoc pertinet.

*'Opinio
Wincleri*

§. 4! Ex juris Naturæ scriptoribus non afferemus nisi duos, qui paulo diligenterius, quid Naturæ sit, explicare voluerunt, Winclem nempé & Guilielmum Grotium: Hugonem enim fratrem ejus in tractatu de J. B. & P. non diserte id indicasse puto. Winclem igitur Naturam varie accipi ostendit: primum ait eam summi pro omni eo, quod est & operatur aliquid, quo sensu etiam DEO naturam tribui dicit. Deinde pro tota universitate rerum creaturarum. Tum specialiter pro cælo, quando de forma & materia cæli ejusque virtutibus loquimur. Denique naturam tribui speciebus rerum creatarum; uti cum loquimur de natura hominum, equorum, leonum &c. Ex his significationibus Winclerus cum Platone, legem cælestem, a naturali distinguit, naturalem vero hujus loci esse putat, & per eam intelligit, seriem causarum elementarium, & operationem Naturæ, quæ se in elementaribus, quæ alterationi obnoxia sunt, perpetuo conservat, & regenerat. Hanc naturam communem esse homini cum omnibus corporibus: Ubi vero de homine verba sunt, appellatione naturæ humanae

manam tantum intelligi : JCTos porro nec non Ciceronem legem cælestem, ait, specialiter non attigisse, nec mentionem ejus fecisse, quia ad studium juris minus facere videretur. Hinc alios a lege, quæ hominibus cum bestiis communis est, alios a lege humanæ naturæ incepisse.

§. 5. Hæc ille cap. 6. libri 1. Capite deinde 7. legem humanam diligentius explicando sumit, quod eam ad institutum suum propius accedere putaret. Naturam igitur hominis, a qua Juris Naturam repetendam esse docet Cicero 1. d. LL. dicit, consistere, non in iis, quæ hominj cum brutis communia sunt, nec in corruptione, quæ post lapsum corpus & animam pervasit, sed in bonitate & perfectione formæ ac materiæ hominis. DEUM humanam Naturam in Adamo constituisse integrum. Hunc peccatum non habuisse. Proinde per naturam humanam non intelligendam esse legem carnis, malitiam cordis humani. Quæ ex peccato sunt, ea per accidens esse in homine & ad essentiam humanæ naturæ non facere &c. Humanæ rationi ergo naturale esse, quod ratio per se agat, vi essentiæ suæ, non vi peccati per accidens inherenteris. Legem humanam indagandam esse in iis partibus, quæ hominem essentialiter constituunt: has duas esse, animam & corpus. Principium igitur & regulam motus ac quietis, & legem actionum humanarum constituere ipsam animam, eamque esse actum purissimum & formam hominis. Hæc cum duas facultates habeat: intellectum & voluntatem, statuit tandem, legem, qua homo regitur, esse rationem. Idem repetit & iterum proponit cap. 10. p. 94. 95.

§. 6. W. Grotius naturam ait sumi vel pro affectibus homini a Natura insitis, non vitiosis, vel pro vitiosis affectibus; vel pro causa prima scilicet, DEO; vel pro causa secunda, & DEO subiecta; vel denique pro naturali illa DEL operatione, quæ mentibus nostris insedit, cuius DEUS Autor est; quam acceptioem huic materiæ quam maxime accommodatam dicit. Ex allatis hactenus Auctorum verbis satis apparet, quid illi per naturam intelligent, videlicet Naturam humanam, quæ in ratione consistit. Licet enim Guilielmus Grotius operationem DEL in mentibus

*Sententia W.
Grotii.*

hominum Naturæ vocabulo indicari dicat, ex paragrapho tamen sexto sqq, ubi quid Jus naturæ sit, exponit, colligere licet, nihil aliud eum verbis illis, quam Rationem indicare. Inter varias enim variorum Juris illius descriptiones, etiam eam collocat, qua Jus Naturæ dicitur, quod naturalis ratio inter omnes homines constituit, item, divina ratio toti mundo inserta, & DEI ratio. Idem patet ex §. 10, ubi Hugonis Grotii definitionem proponit & ipse Jus Naturæ definit, quod sit lex, quam DEUS omnium mortali-um cordibus insevit. Nisi enim verba Auctoris ita capias, necio, quid ille per DEI operationem in mentibus hominum intelligat.

*Consideran-
dum esse Na-
turam, que
Jus produ-
xit*

§. 7. Num verò hæc perspicuum Naturæ intellectum presentent, & viam nobis pandant, ad ea, quæ a veteribus Philosophis & JCtis Romanis de Natura prodita sunt intelligenda, ego quidem semper dubitavi. Evidens enim videbatur, eam Naturam nobis considerandam esse, quæ similis cum genere humano ipsum eriam jus prodidit, quod tamen solicite querimus. Sed si naturam accipiimus pro ratione humana, ab opinione veterum in totum deficiimus, & aliam plane nobis fingimus Naturam. Ratio enim humana cum genus humanum non produxerit, nec jus cum eo producere potuit. Ratio ergo natura non est.

*Num Deus per
Naturam sit
intelligendus*

§. 8. Merito etiam quis desideret rationem, quare ex multis illis significationibus, quas Winclerus & Wilhelmus Grotius afferunt, illa sola luc spectet, reliquæ autem rejiciendæ sint. Nullam vero additam reperimus. Auctoritate igitur illorum standum erit. Interim significatio illa, qua Natura accipitur pro DEO, seu Natura naturante, videtur esse ab hoc loco non solum non aliena, sed & multo significantior & commodior. Novi enim quosdam, quibus persuaderi non potuit, rationem hominis pro lege datam esse; multo minus, id quod rationis est per se legem aliquam constitutere: quod tamen necessario nobis affirmandum est, si naturam pro ratione hominis accipimus, idque disertis etiam verbis sèpè facit Winclerus. Quare si Naturam pro DEO accipimus, jus Naturæ erit lex quam DEUS humano generi dedit, ut Cicero ait lib. 2. d. Ll., atque ita conveniet nobis cum

cum gentilibus, qui omnes DEum Autorem juris statuant, quæ certe sententia, cum a nemine in dubium vocari possit, satis patet, illam significationem, qua *Natura* pro DEO ponitur, ab hoc loco non quidem excludendam esse, attamen rem per se claram, dubia & obscura voce *Natura* obscuriorem a nobis reddi: Deinde, cum *Natura*, ipso Winclero teste, sit vocabulum adeo generale ut pro tota universitate rerum creatarum recipiatur, idonea debet dari ratio, ob quam hac significatione rejecta, assumenda sit specialissima illa, quæ solam Naturam humanam seu rationem denotat. Cum tamen Paulus affirmet, Gentiles ex operibus DEI potuisse intelligere, DEum esse, atque ipsum *Natura* vocabulum pro *Natura* naturata passim usurpetur.

J. 9. Naturam ad divinam providentiam a Justiniano *an divina Imperatore* commodissime referri in paragr. u. I. de *Jure naturæ*. *Providentia* & *Gent.* & *Civ.* dicit Rachelius de *Jure naturæ*; Justiniano tamen arbitror, id non volente, Jura quidem naturalia divina providentia constituta esse, nemo ambigit: at solam illam providentiam per se spectatam, naturam esse non dixerit Justinianus; quod ex definitione iuris naturalis ab eo tradita apparet. *Natura* secundum Imperatorem docet illud *Jus omnia animalia*. Us autem natura animalia id doceret, providentia efficit. *Natura* ergo & providentia non sunt ideni. Per revelationem quoque constituit divina providentia jura quædam, different tamen illa, *falsum modo* constitutæ naturalibus. Animus solummodo fuit Justiniano d. S. u. discrimen juris naturæ & civilis ostendere ex mutabilitate & immutabilitate cuiusque juris, atque immutabilitatem Juris Naturæ exinde probare, quod hoc a divina providentia constitutum sit: noluit autem naturam cum providentia miscere: Definitio enim Juris Naturæ a Justiniano probata ita esset explicanda: *Jus naturæ* est, quod divina providentia omnia animalia docuit: sed hoc sine absurdâ consequentia fieri nequit. Ut enim natura animalia quædam docet, ita eadem quoque natura eodem modo idem docet homines, quatenus sunt animalia. An vero censuram effugere queat, qui diceret, providentiam ita homines docere ea, quæ sunt bestiarum, ut ea docet natura, valde dubito.

bito. Nam & peccare contra legem, homines prava docet natura, non providentia,

*Num inepit
dictum Jus
Natura esse
divina Provi-
dentia consti-
tutum.*

§. 10. Sententia interim Justiniani in d. §. ii. Inst. afferentis Jura naturæ ideo immutabilia esse, quia a divina providentia sunt constituta, ut recte intelligatur, aliqua accessione, qua ratio destrationis indicetur, sine dubio indiget: maxime apud nos, qui scimus Deum quædam ad tempus solum valitura olim constituisse. Quomodo vero hanc sententiam demonstrare velis, si naturam pro ipso DEO sumas, id certe mihi non liquet. Ratio vero ob quam Hotmannus afferuit, verba illa d. §. ii. *divina providentia constituta* inepit esse adjecta, quia scilicet Civilia quoque jura ita sint constituta, non magni quidem est momenti, an vero, ut judicat Rachelius, inconsiderate in totum adiecta sit, in medio relinquo. Verum enim est verba illa non exhaustire omnia, quæ ad immutabilitatem juris ostendenda etiam is requireret, qui ipsa illa ratione vellet uti. Verum quoque est, jus naturale & civile in eo convenire, quod a providentia divina utrumque constituantur: Non desunt enim exempla juris civilis singulari DEI providentia constituti. Hæc vero convenientia non tollitur differentiis illis vulgaribus, quæ vulgo traduntur. Differentia quidem inter Jus naturale & civile in eo consistit, quod Jus Naturæ a DEO unice & immediate proficiuntur, & hominibus in eo nihil mutare licet, uti hoc ipsis in eo, quod ipsis sibi constituunt, licet. Magis tamen e re esset, differentiani quandam ab ipsa substantia utriusque juris desuntam indicare. Multum enim adjumenti adferret ad ea, quæ civilia sunt, a naturalibus separanda: quam separationem in lege Mosis sollicite instituendam inculcarunt olim Judæi. Differentia vero a Legislatore desumpta, quamvis alias non negligenda, nihil ad hoc confert, & multo minus altera illa, de mutabilitate juris civilis & immutabilitate Juris Naturæ. Nam dependet partim a priori illa, partim etiam otiosa & inanis est, nisi certa ratione sciamus, quid sit naturale & quid civile. Quare in his certe superficiem rerum intueri non sufficit.

*Num ratio in-
telligenda sit latinis Philosophis docent, illa certe ponatiam ob causam pro-
per Naturam.*

§. ii. Porro si ratio est lex hominis, ut multi ex Græcis & Natura

Natura humana accipi potest, quam quia ratio homini propria, congenita & naturalis est, sicut hinnire est naturale equi. Sed ratio non est unicum illud, quod homini congenitum est. Non potest homini corpus detrahi, ut nec reliqua, quae cum bestiis habet communia. Hoc Romani ad ius retulerunt, & merito quidem. Poterimus ergo & nos ea saltem ad naturam referre. Nihil quippe referre videtur, si quedam in Natura reperiantur, praeter humanam rationem. Ut proinde ad rem nil faciat, quod anima ejusque facultates sint forma hominis. Certum quippe est illam solam hominem non constituere.

S. 12. Præterea si vocabulo *juris naturæ* nihil aliud indigtemus, quam legem aliquam nobis propriam & congenitam, dicere *ius Naturæ* esse, *le-*
gem nobis con-
genitam ?
 parum facit ad evidenter Naturæ aut Juris Naturæ intellectum ut sciamus nobis aliquid congenitum esse. Nam per adjectio-
 nem vociis naturæ *Jus discriminari* debet a reliquis iuribus, quo-
 rum nomina vulgo prodita sunt, gentium nempe & civili. Id ve-
 ro hoc sensu recepto fieri nequit: quia etiam hæc Jura ratione con-
 stituta sunt, nec cum ea pugnare poslunt, aut debent. Atq; hoc pa-
 sto etiam illa congenita dici possunt, quia ratio congenita est
 homini. *Quod enim rationem habet, illud a Natura separari ne-*
quit. Deinde quando *Jus dicim⁹*, eo ipso jam aliquid dicimus, quod
 rationem habet. Quando ergo *ius naturæ* dicimus, & per naturam
 nihil aliud intelligimus, quam rationem, nihil ad modum sensus
 iuris: nihil dicimus, nisi quod simpliciter rationi iuris ēst, *ius nem-*
pe rationale. Aliter ergo *Natura vox* videretur accipienda, vel
 quomodo hæc conciliari queant, melius exponendum. Sed de
 ratione infra dicemus pluribus.

S. 13. Opera igitur danda est, ut recte intelligamus, quid Ante omnia sit natura. Alioquin nihil assiqna poterimus, quicquid etiam fa- intelligendum
 ciamus & moliamur: necquid veteres de Jure Naturæ foripli- esse, quid sit
 rint, intelligemus. Imperator certe in Inst. S. u. d. R. D. Nat. Naturæ.
suram rerum ait prodidisse ius illud: Naturæ, &c. Cicerô de LL,
Naturam dedisse rationem Sc. Secundum hæc dicendum esset,
 naturam potius esse, id a quo *Jus constituitur*, quam *rationem ab*
eo constitutam: Nobis tanti semper visum fuit id scire, ut sine

eo nihil solide demonstrari posse existemus. Natura adeo cognita & perspecta nobis esse debet, ut certi simus, nos ab ejus placitis non aberrare. Nec solum necesse est scire, quid ipsa sit, sed & una sit, an vero multiplex: deinde, quale illius sit opus, quid moliaatur, quomodo res omnes producat, quibus modis eas conservet, & ad quem finem: qui sunt limites Naturæ, ubi subsistat. Alias enim ignoramus, ubi reliqui Juris non naturalis initium constitendum sit. His cognitis sorte de jure hominum querere licebit, non ante. Mihi nihil obscurius est, nihil difficilior. Quia via ad earum rerum cognitionem tendendum sit, & que difficile est, Sed forte alii haec supervacua & inania credunt.

Juris Naturæ cognitio an necessaria sit ad Jus civ. intelligendum

§. 14. Id negandum non videtur sine accurata Naturæ cognitione neminem Jus civile recte interpretari posse. S. Rachelius de Jur. Nat. & G. I. 14. huic disciplina tantum usum tribuit, ut qui ignorarint eam, Juris consuetu nomen nec mereri nec usurpatum tueri possint, cum conscientiam non habeant nisi *xata eorum per accidens*, ut Aristoteles loquitur. Neque etiam porro naturalia a civilibus secerni, nec differentia eorum ob oculos ponи poterit juxta mentem illorum, qui civilia iura invenerunt. Hoc plusquam Archimedeum esse, nec facilis, quam Ancile illud e cœlo delapsum, a ceteris, quæ Mamuri artificio ei similia facta sunt, distinguere: aut post Nili insundationem singula cujusque jugera Ægyptiis tribuere ante geometriæ inventionem, verissime judicat Seldens de Jur. Nat. Ebr. lib. I. c. 3.

Nem in sciamus quid a- quitas sit.

§. 15. Fieri tam nequit sine Naturæ cognitione, ut, quid superius sit, recte definiamus: quod tamē summa necessitatis est: quia ipsi juri superior videtur, illudque quasi regit, & continet, ne in injuriam convertatur. Constare debet, an equum illud & bonum alia quedam Naturæ prodiderit, quam quæ reliquum jus produxit: an vero eadem Naturæ utrumque produixerit: et si hoc? cur ejusdem Naturæ casu diversa, ita; contraria sint opera? si illud? ubi duæ illæ Naturæ extent, an a communi principio sint ortæ, cur due sint, nec plures.

Nisi sciamus quid Natura

§. 16. Sine illa quoque, quam dixi, Naturæ cognitione ignorabimus, quid sibi velint, quatuor illæ Juris naturalis proprietates

- ates vel requisita, quæ ad multas frivolas, nec non difficiles quæ-
stiones decidendas commendantur: scilicet Jus Naturæ originem, Jure Naturæ
et auctoritatem habere a DEO; illud naturæ hominis rationa- intelligi non
2. li & societati accommodatum esse: Jus Naturæ ideo dici, quia posse,
3. lumine Naturæ rationalis cognosci queat. Idein Jus etiam Na-
4. turæ naturanti, hoc est, ipsi DEO conveniens esse, a cuius justitia
hi radii proveniant, Quip̄ hoc vere dicantur, non dubitandum
est. Ut autem quid dictum sit percipiatur, multa addi debent.

CAP. III.

De Jure.

S. I.

Sequitur, ut quid Jus sit perpendamus. Notum est Jus ac-
cipi, vel pro eo, quod justum est, vel pro facultate hominis,
vel pro lege. Hanc Grotius definit, quod sit regula actuum
moralium, obligans ad id, quod rectum est. Wincke-
lus l. 1. c. 1. 2. Jus dicitur esse, jussum legis sententias gubernantis,
& differre a lege, ut constitutus a constituto, causam ab effectu.

S. 2. Illa igitur juris significatio, qua denotat justum, æ-
quum & bonum, quid Jus sit non indicat, quia obscurum per se
que obscurum explicat. Quid enim justum sit, intelligi requirit,
nisi ante scias, quid Jus sit. Ab hoc enim justum omne descen-
dit, ac denominationem accipit. Hinc querenti quid jus sit,
non apte responderetur, jus esse justum: quemadmodum nec re-
ste dixeris, justum esse jus. Si quid utrumque sit, scias, poteris
deinde observare, Jus s̄pē poni pro justo. Altera significatione,
qua jus pro facultate hominis sumitur, supponimus nos scire, quid
Jus pro lege acceptum sit. Jus enim hominis est id, quod lex
illi tribuit. Tertia ergo significatione, qua pro lege ponitur,
definitur, quod sit regula actuum moralium &c. Hęc definitio
effectum magis Juris, quam juris essentiam declarat. Ostendit
enim potestatem juris quam habet in homines; nempe ut regat
actiones nostras, & nos obliget ad id, quod justum est: Intimam
 vero

vero juris naturam non declarat, sed ut dixi, quid nobis praestet, vel quam relationem ad nos habeat, non quid in se & origine sua sit, indicat. Idem estimatur, ac si equum de scripturus, diceret esse animal, quo homines utantur ad vehendum & equitandum &c. Ac proinde nihil differt ab illa Eindari descriptione: quia legem dicit esse omnium Reginam, mortalium & immortalium, teste Platone in Gorgia. Neo differt ab illa Ciceronis, qui legem aeternam quiddam dicit, quod universum mundum regit, imperandi, prohibendique sapientia. Nec a Chrysippi descriptione, quae extat l. 2. ff. d. LL. Cicero tamen, et si legem dicat regulam juris & iuris, in eo tamen non subsistit, sed praetinuit, quod sit vis naturae, mens atque ratio prudentis. Idem, legem dicit rationem summam insitam in Natura. Et alibi l. 2. d. LL. recta & a Numine Deorum tracta ratio. Ex Plato. Lex est ratio ab immortali Natura impressa &c. Quae omnia et si naturam juris non satis exprimant, indicant tamen, conceptum regulæ non sufficere.

*Definitionem
Grotii in pro-
priis verbis
conflare.*

S. 3. Id quoque habet definitio illa, (qua tamen vel idea non inprobanda, quia H. Grotium Autorem agnoscit) quod verbis impropriis constet. Nam vox Regula ad res corporeas pertinet, ejusque usus ibi evidens & manifestus est. At fieri aliter nequit, quam ut hoc loco, ubi de jure agitur, minus clarum eisdem praebeat conceptum, nec coloribus sat vividis, nativam ejus faciem exhibeat. Regula enim corporeas restitudinem videmus, & quomodo illa conficiatur, quem usum praestet, intelligimus: Sed incorporeas regulæ nullum habemus intellectum, nisi eam, quem a corpore desumimus per similitudinem. Simile vero simili non declaratur, nisi quatenus est simile, & vel hoc patet vera ejus natura ignoratur. Sic inter simiam & hominem est quidem similitudo, interim vero ex ea sola, quid homo sit, & veram ejus atque perfectam naturam, seu essentiam nemo intelligit &c. Hoc solum declarat definitio illa: Quod regula præstat opifici, ut ea mediante corporibus rectas lineas inducat, atque ad regulam formet, id Jus præstare meati nostræ, ut regat, formet & ad restitudinem actiones nostras componat.

Obscurum esse

S. 4. Sic nimis etiam obscurum est, quid sit obligare & quo-

quomodo animus hominis obligari possit. Vinculis quidem *quid sit obligatio corporeis ligantur membra nostra, quia corporea sunt, atque iis gerere efficitur, ut libertate careamus, ne agere possimus, quod volumus.* Quomodo vero animus noster ligetur, non ita intelligi potest. Est igitur & hæc vox impropria & obscura. Obscura vero per obscuram nullam declarationem accipiunt. Quod declarandum est, debet declarari verbis & rebus, quæ notiores sunt eo; quod declarandum est. Ejusmodi vero non sunt illa, de quibus loquimur. Quid sit id, quod homines liget & obliget ad jus observandum, ostendi debet. Ipsa certe regula, ut definitio habet, obligare nequit. Nam regula corporea non obligat artificem, ut ea utatur. Summa hic est dissimilitudo. Id quod ligat animum, debet tale quid esse, quod animum attingere possit, & cum eo quoddam habere commercium. Num vero regula illa id possit, nescimus. Alibi discimus solum DEUM animum & conscientiam, ut vulgo loquimur, ligare. Igitur DEUS est regula illa, si vera sunt, quæ dixi. Et si hoc, Jus definiendum fuisset: *Jus est Deus obligans ad id, quod rectum est.* Ita tamen loqui non solemus.

§. 5. Est quippe certissimum, omnes Auctores agnoscere differentiam inter Deum & jus ejus. Omnes quippe Græci & latini Philosophi, DEum vel naturam Autorem juris statuunt. Sic enim Cicerolib. 1. d. LL. Lex est natura vis. Idem lib. 2. d. LL. *Quomodo regula obligare possit.* Lex nihil aliud est, nisi recta & a decorum nomine tractaratio. Item, deos humano generi legem dedisse ait; Philo Jud. Lex est recta ratio ab immortali natura in mente immortali impressa. Cicero lib. 4. de fin. Lex est summi rectoris & Domini ad naturam apta ratio. Interim tamen si regula obligat (credimus enim Grotio id asserenti) potestatem obligandi debet accepisse ab eo, qui potest obligare, qui sine dubio est DEUS, ut dixi. Itaque si hoc ita est, Regulam illam ens quoddam esse oportet incorporeum, agens, cui vis quædam sit concessa in id, quod obligandum est. Non ens nihil potest, nihil agit, nihil obligat. Jus igitur, canquam regula, erit aliquid vel in mente, vel extra eam, & vel idem cum mente vel diversum. Si est idem cum mente, explicandum

est, quomodo mens se ipsam obligare posse: debet enim id, quod obligat, diversum esse ab eo, quod obligatur, ut mihi quidem videtur: si diversum est a mente, vel extra eam offendendum erit, quid sit id, quod praeter Deum mentem obligandi vim habeat: & cur praeter Deum aliquid cogitare opus sit, quod mentem obligat ad bonum & rectum: Neque enim intelligimus, cur necesse sit, ut jus obliget mentem, si DEus obligat. Hoc enim sat is est, si DEus obliget. Cur autem Cicero dixit lib. i. d. LL. Legem (nam hoc loco jus sumimus pro lege) efferationem summam, insitam in natura: addit tamen, eandem rationem, cum in mente hominis confirmata est & perfecta, legem esse: adeoq; fatetur, illam in mente hominis & extra eam esse. At ubique sit, nondum constat, quomodo mentem obliget. Supponitur id ceu notum, quo nihil est obscurius: nisi persuasio ex sensu communis satisfaciat.

Quo pacto obligatio fit vinculum?

§. 6. Videamus autem, si a similitudine rerum corporearum hujus obligationis explicationem sumamus, quæ summa exinde oriatur. Qui inviculis est, (nam obligatio definitur quod sit vinculum) caret libertate. Non enim potest agere, quod libet. Qui vi cogitur, impellitur ad aliquid agendum, quod vi non illata non ageret. Ergo, qui obligatur ad jus, illum, si simile illud non claudicat, dicendum est, cogi interna necessitate aliqua, potestate quadam invisibili ad bonum, atque eadem vi prohiberi a malo. Sed hoc repugnat omnibus opinionibus, quæ vulgo circa libertatem eligendi bonum & malum invaluerunt.

Quæ sit vis obligandi offendendum.

§. 7. Si quis hoc simile a vinculo desumtur, non ultra, quam par est extendi velit, ei non modo non repugnabit, sed etiam ulro largiemur, quod vult. Interim tamen offendenda erit vera obligationis vis, operatio & effectus, quem producit in mente hominis. Probandum etiam erit, quis notione vinculi aliis, praeter illum, quem dixi, contineatur sensus, qui nobis ad obligationis naturam intelligendam viam sternere, vel eam indicare possit. Molioribus tenui lenioribus quidem verbis hac proferri possunt, si dicamus, nos teneri, nobis incumbere, justum, æquum, necessarium esse, ut hoc faciamus illud non, sed verborum mutatio obscuri-

obscuritatem rei nec mutat, nec tollit. Si enim queras, quid sit il-
lud teneri, justum esse, quae sit necessitas; a quo illa immineat, quid
inficit, non habeo quod respondeam.

§. 8. DEO nos obligari & teneri certum & evidens est,
ex sensu communis; atque hac opinione adeo imbuti sunt homines,
ut nemo rem ipsam in dubium vocare velit, qui Deum existere
credit. Homines etiam ad obligationem illam recipiendam
non solum apti, sed & facti sunt. Videt mens nostra subjectio-
nem, qua DEO subjicitur, ut creatori: sentit tantam inter se &
DEUM distantiam esse, quanta est inter finitum & infinitum:
admittit etiam subjectionem illam involuere obligationem, qua
superiori patere ~~necessitate~~ sit, quamvis nesciat, in quo obligatio con-
sistat. Sensus ergo aliquis est certus & evidens rerum, quas de-
scribere, & quales & quid sunt, explicare non possumus. Deo igit-
tar nos obligari manifestum quidem est, idque ut dictum, ex sensu
communi nemo negat; sed quomodo Regula, ut Grotius ait,
nos obliget, non satis constat.

§. 9. Non satisfacit, si dicamus, metu peccarum & spe
præmiorum posse obligari regulæ justi & honesti, sive DEO. O-
bligatio enim, qua ex spe aut metu oritur, nulla est, nec nomen
meretur obligationis. Qui metu peccata legem custodit, non ob-
servat eam, sed suam curat utilitatem; id enim quod magis e re
videtur esse, sequitur. Nam si peccatum magis metuit, quam au-
mat legem, observabit legem, licet eam odio habeat, nec dignam
judicet, quam sequatur: immo odit legem, eamque non observa-
ret, nisi malum aliquid afferret ejus neglectus. Idem est in eo,
qui spe præmiorum legem custodit. Neque enim is laudat legem,
sed præmia, & sic mercenarius est. In neutro vero illa his cerni-
tur obligationis vis & effectus. Nam utilitas, qua legem servan-
tibus, & peccata, qua transgressoribus a DEO proponitur, si hanc
vitam intuearis, non satis appetet, nec æqualem in omnium ho-
minum animis vim habet, ad eos ad virtutem alliciendos, aut a
vitiis deterrendos. Quid post hanc vitam futurum sit, uti incer-
tum hominibus videtur, ita nullam quoque necessitatem spes illa
& metus iis affert, qui malunt bonis presentibus, & delectatione
quam ex vitiis & propria pravitate capiunt, gaudere; quam futu-

*Num metu
panarium &
spe præmio-
rum obliga-
tur.*

ra eaque incerta, & ut ipsis videntur, incredibilia captare: qui malunt his, quae possident bonis frui, licet fallacibus & perituri, quam metu malorum, ut stulte putant, incertorum illis carere,

*an ob beneficia
divina.*

§. 10. An majestati, bonitati, clementia & infinita sapientia divina satis conveniat, omnem obligationis vim in metu pernarium ponere, videant rerum divinarum & humanarum periti. Contra Hobbesium disputatione, ni fallor, alii, quando statuit, DEUM ideo solum quod potentissimus sit, imperium habere & metuendum esse. Nisi enim tyrannicum imperium illi tribuere velimus, stare nequis illa opinio. His quidem addi potest, DEO ideo imperium deberi, eique obedientiam praestandam esse, quia infinita nobis bona exhibet: idque vere & recte dicitur, neque negligi, aut insuper haberi debet, cum maximum ad honestatis amorem prabeat momentum: an autem ad verum obligationis fundamentum ejusque naturam indicandam, aliam adhuc viam inire debeamus in medio relinquo.

*Naturalie in-
digenit accu-
rata & subi-
li demonstra-
tione,*

§. 11. Idem ergo de obligationis, qua ad jus servandum tenemur, vi & efficacia, dicendum est. Spes præmiorum & metus poenæ, et si necessario imminet bonis & malis, ac utilia sint ad persuadendum apud eos, qui propter ignorantiam praestant, quæ bono inest, alio argumento ad officium revocari nequeunt. Ubi vero de veritate intelligenda & natura ex intima Philosophia explicanda, nec non indaganda connexione, quæ inter jus & homines intercedit, quæ inducit necessitas id servandi, agitur; ibi conceptus ille, non satis videtur habere demonstrationis, & subtilitatis justæ, quæ in his reliquisque Juris Natura materiis est maxima.

*Naturam ob-
ligationis
in foro huma-
no minus ob-
scuram esse.*

§. 12. In foro enim humano, & inter homines voces illæ, quibus utimur, ad obligationis naturam declarandam omnino carent scrupulo, & rem, ut se habet, explicant. Ibi enim est legislator aliquis sensibus conspicuus, homo scilicet, qui ad leges suas a contemptu vindicandas & honorem sibi legibusque debitum conservandum omne id facit, quod secundum iustitiam potest, & debet. Minatur malum malum patranticibus, illisque, quod fecerunt, jure talionis infert: in carcere & vincula delinquentes conjicit, necat; contumaces vi cogit ad id, quod ultra eos præstare

stare par erat. Hic ergo meta malis cogit voluntatem, ut legem servet: alijs enim medijs destituitur. Præmiorum etiam exhortatione eos ad custodiam legis allicit, qui bonorum humnorum cupiditate & avaritia ducuntur, nec gratis justi & boni esse volunt.

§. 13. Sunt quidem illa sine dubio factis Naturæ & DEI Vocibus immilia. Nam & Deus puniet malos & bonis præmia largietur: propriis præsermone quoque vulgari recte adhibentur, ubi nulla demonstratio ferendas esse exigitur. Sed, ut ante diximus, quando de arte quadam fundanda agitur, ut de ea ad summum cacumen perducenda solliciti simus, ibi vocibus illis impropriis & obscuris, quibus vulgo utimur, præferendi sunt sine dubio termini simplices & puri, qui rem, qualis in se est, declarant, non ut præjudiciis nostris ex vita communi provenientibus, apparent.

§. 14. Videntur certe multa Cimmeriis obvolutate nebris etiam ibi, ubi lucis splendor creditur adesse maximus. Facili enim negotio nobis accidere potest, qui nunc simus in face mundi, ut in media luce caligemus. Origines rerum, quas tractamus, rimandæ sunt illis, qui veram nec simulatam affectant scientiam. Omnia vero etiam minutissima, quatinus prima fronte videantur inutilia, supervacua, nimisque curiose proposita, in hoc non tantum studio, sed & universo Jure civili perpendere, res est difficilis quidem, & tædii plena, utilissima tamen & tanti fructus, ut cogitantem de illis rebus, nunquam aut laboris aut tædii poniatur. Nunquam frustra querimus, et si, quod volumus, non inveniamus. Dies enim sequens docebbit, que hodiernus ignorat. Sufficit sepe tentasse. Apparet non nunquam via & exitus in illo loco, ubi eum non querimus: qui querit, inveniet.

§. 15. Sed nimis forte multa de obligatione dicta sunt: Verum cum eum in finem instituta sit disputatio, ut quid Jus sit, & quam ejus faciem descriptiones ab aliis propositæ exhibeant, cognosceremus, non præter mittemus verba illa, quæ Grotius definitioni Juris & legis addidit. Sunt autem hæc: Regulam obligare ad id quod rectum est. Nescio, num forte superfluum putes illam adjectionem, qua Grotius dicit; jus obligare ad id

D quod



quod rectum est. Poterat enim quis existimare, legem sua natura obligare ad rectum, & preiudicere contradictionem involvere, si quis legem ponat, quæ non obliget ad rectum. Imo ei, qui putat omne justum & rectum a lege esse, & per præceptum legislatoris constitui, nihil autem sua natura justum & rectum esse, illi absurdior videbitur hæc legis descriptio, quia petitione quasi continet principiū. Nam si certum videtur, omne justum a lege produci, & querenti quid sit lex, respondas, legem esse regulam, quæ obligat ad rectum, quod lex efficit; videris nil aliud dicere, quam legem esse regulam, quæ obligat ad id, quod legis est: qua definitione, an quis uti velit, nescimus: per se quippe intelligitur, legem obligare ad id, quod præcipit, & ad id, ad quod obligat. Quærenti enī quid sit lex, respondes, est id, quod lex est, vel regula obligans ad se ipsam. Certum etiam est, illi, qui definitionem hanc probat, tria superesse explicanda post definitionem: (1) Regulam. (2) Obligationem. (3) Quid rectum sit. *Quod si vero recte definias Jus aut legem, qualis in se est, non opus est ut rectum definias.* Exinde apparet in quæ difficultates incidamus, si principia rerum minus accurate ponamus. Quicquid enim quis dicat, fieri per rectum naturam non posse videbatur, ut ex illa; vel simili definitione quis discat, quid jus sit, & in quo substantia ejus consistat. Cuivis enim vel ex sensu communi ignotum non est, Legem esse legem, eam obligare & rectam esse.

An vere id dixerit H. Grotius.

§. 16. Hæc, quæ diximus, etsi vera vel saltem probabilia sint, alii tamen Grotium hoc nominereprehendendum non esse (nisi cavillari quis velit) credere malunt. Ipse jus vel legem in genere definit, non respiciens ad jus illud Naturæ, quod Regina est mortalium & immortalium. Hoc enim si aliud quid, quam rectum esse posse putaremus, nimis absurdum esset. Neque etiam id putavit Grotius. Cum vero homines hoc naturæ statu conceptum habeant vel habere possint legis præcipientis, quæ non justa sunt, ipse forte id addendum putavit, etiam in finem, ut doceret legis essentiam consistere in eo, ut præcipiat, & deinde ut justa præcipiat. Nescio etiam, an non ille naturam, ut est, contemplatus viderit ex natura non satis cognita, prava cuiam deduci posse, ad quæ

qua^r tamen ille definitionem suam applicari noluerit, Paulus certe Apostolus confessus est, esse νόμον ἐν μέλεσι αὐτῷ αὐτοῖς σατανῶν &c: qua^r fuit sine dubio lex naturæ corruptæ.

S. 17. Fuit etiam Hugo Grotius in ea opinione, ut supra, *An aliquid ni fallor, diximus, aliquid in se & sua natura justum & rectum esse, ita, ut ab eo, quod per se justum est, recedi non possit. Quod si defendi potest, uti certe potest, laudandus est Grotius, quod ad rectum illud sua natura tale in definitione provocare & nos de eo querendo ejusque natura indaganda monere voluerit. Hic enim fateor est lapis offensionis, quein qui tollere potuerit, is omnes simul ex jure naturæ susciperetur tenebras. Interim nihil verius esse videtur, quam rectum esse regulam actionum nostrarum, si id consideres, tanquam in gremio naturæ, unde oritur, situm: idque sine obligatione & vi legis (posito scil. homine) existere non potest. Imo ipsum vocabulum recti, indicat & supponit legem. Quale vero illud rectum sit, antē cognitum esse oportet: quemadmodum etiam ab eo, qui legem a recto separandam iudicat, omnino ostendendum est, qua^r sit illa lex, qua^r rectum pro regula nobis observandum constitutus. Nisi enim id facias, nihil ad legis & Juris intellectum juvabit, si dicas legem esse, qua^r obligat ad rectum. Tria enim hic consideranda sunt, plane ut in legibus humanis: primum legislator, qui legem sancit: deinde lex sancita, id est rectum ab illo constitutum; tertique *mens*, quo lex sancitur; haec in legibus humanis facile distingui possunt, sed in legibus naturæ, qui id fieri possit, nobis quidem certe non latit constat.*

S. 18. Ut utenim jura omnia in ratione, uti aliqui volunt, sive in natura, sive in ratione summa DEI perfetta, vel alibi colligata arbitretur, illa quidem satis ibi jacebunt occulta (quemadmodum omnes creaturæ ante mundum formatum in chao) & generali atq; confuso conceptu poterunt, ut rectum considerati. Quomodo autem *sancio* divina ab eo non minus distinguenda, quam expponenda sit, hoc opus, hic labor est. Non inepte enim in mentem alicui venire posset, ipsam recti constitutionem sicut id, ut sua natura tale consideremus, & sanctionem sive a DEO, sive a natura factam.

*Num actus,
quo DEUS
justum produ-
xit, & quo id
pro lege san-
cavit, sint di-
versa?*

factam; unum esse atque idem: nec in eo actuum aliquam diversitatem discerni posse, quod uno actu constitutum erat. Et tum, ut dictum difficilius erit praefatae definitionis verba ita explicare, ut Naturæ convenient, nec simplicem veritatis apprehensionem impedian, quæ ab hominum opinionibus, & præjudiciis a rebus corporis venientibus, libera esse debet.

*Si diversi sunt
actus, diligen-
ter eos expli-
candes esse.*

§. 19. Utilius certe est, si sorte formatio & sanctio juris a Natura facta unum idemque sunt, & separariullo modo nequeunt, illa ita proponi & doceri, ut simul uno intuitu appareat, ubi rectum illud situm sit: hoc enim est pormum Erides. Deinde quomodo id sancitum intelligatur, & unde vim obligandi habeat, tanquam lex quædam omnium mortaliuin. Intellectus quidem imperfæctio, ob quam omnia, quæ rei insunt, uno intuitu comprehendere non possumus, admittit, ut distincte consideremus & profera-mus, quæ uno spiritu paucisque verbis includi, aut explicari nequeant; sed imperfectionis nostræ subsidia vel remædia imperfæcta pro veritate juris venditare periculosum valde est, & fons infinitorum etiam in hoc studio errbrum.

*An lex concipi
possit finere-
spectu ad a-
ctiones no-
straras.*

§. 20. Id sere exciderat, quod in eadem definitione dicitur, legem esse regulam actuum moralium. Rem ipsam in dubium non vocabo: quia si quæ lex est Naturæ, illa sine dubio actiones nostras regit. Cum vero de lege in genere nunc agamus, videndum an non lex seu jus concipi possit sine respectu ad actiones hominum. Si juris ortum respicias, & prima quædam eius principia, fateberis forte, partem ejus existere, eti homines creati non fuissent: imo prima ejus & simplicissima elementa hominis existentiam non requirere, & sic nec actus rationis humani.

*An solum fa-
cta sit pro-
pter homi-
num?*

§. 20. Præterea quæ diximus, perpendendum Tibi etiam propono, an necesse videatur supponere, juris unicum finem esse, ut regat actiones humanas: quasi nullam aliam ob causam sit conditum, quam ut mortalibus imperet. Alia potest esse ejus conditio. Cum semel constitutum, conditum, & sancitum sit, hominem id obseruare necesse est. Nec aliter potest, salva humanitate. Nec volet id non obseruare, si omnia intellegret, quæ juris sunt, si pulchritudinem ejus posset oculis cernere. Sed aliis machinis

opus

opus est. Naturā nihil fere videt, nihil audit, nihil sentit ex iis, quæ juris sint. Quæ videt, quæ sentit, non sentit ut talia, quæ juris sint; quæ tantum conferant momenti & rationis ad salutem suam; quæ tantam habeant affinitatem cum mentis propriæ virtibus; quæ ipsius conjungant cum retum omnium autote: sed respicit illa, ut quotidiana, ut nugas, imo non sentit illa, et si sentiat, et si illis continuo utatur, et si manibus gestet, pedibus calcer, ore perpetuo fundat. Non credit inesse illis aliquid rationis, nec ad jus facere, nec ad se pertinere, tanquam nimis vilia, in quibus nihil sit ingenii, aut difficultatis, nec digna, in quibus vires suas exercere aut ostentare possit, nec mereti ullum exameni.

§. 22. Ante hominem conditum universum extitit. *Eft Aliam faciem*, enim homo creaturarum ultima. In manus illi traditæ sunt dibabere *Jus* in ortu suo, *in* Naturæ. Has accepit & gavisus est, sed tristi exitu. *Furus* est ignem, at Pandoram accepit, lernam malorum. *Aliam quamquando scripta est.* faciem habet jus in cunabulis suis, quam ubi ad casus applicatur. Aliam habet formam arbor, dum in semine occultatur, quam cum radices agit, & accepto e terra convenienti nutrimento, crescit ac visibilis redditur. Aliud est proportio dupla tripla &c. & aliud corpora ad eas mensuram redacta. Aliud diapason, diapente & aliud soni diapason & diapente constituentes.

§. 23. Vulgo placent soni, harmonice & cantus ex illis compositi; utuntur illis homines, canunt, imitantur canentes, omnium tamen rerum, quæ eō pertinent, ignari: multa quæ juris per se tale est, fint, auditu percepta, consuetudine firmata, probat sensus nescio intueri. *Interest justum, quod* quis omnibus fere familiaris: sed homines sine ratione faciem visibilem & externam cuiusdam propositionis intuentur, illamque forte laudant si bene agitur: quis autem sit *perpetuus* justi & iniusti status, ne cogitant quidem. Neque etiam id scire illorum refert, qui rivulos querunt ut sitim levant: hos enim sufficere credunt ad id quod volunt. Patrum enim ad sitim restinguendam facit, scire originem fontis, primosque ejus natales, ubi a quæ copia est sat magna. Fallor, ni tale, quid Cicero voluerit lib. 2. d. LL. quando inquit: *Ratio profecta a rerum natura, non tam*

*tum denique incipit esse lex cum scripta est, sed tum cum morta est :
orta enim est simul cum mente divina.*

*Descriptioni
Juris pr. refe-
rendam esse
descriptionem
que essentiam
declarat.*

S. 24. Ut vero ad juris descriptionem revertamur , salivam nobis inovere potest Plato, vel potius Socrates, qui, cum de Justitia cum iis disputaret, qui ejus peritiam se habere profitebantur, eos semper relegavit ad id quod perpetuo æquum bonum & justum est, a quo omnia justa denominationem accipiunt. Mens enim rerum divinarum & humanarum cognitioni serio dedita, ubi a visibilibus incipit, in bono universaliter tandem desinere cogitur, cuiusque videndi cupiditate ardet. Summa autem se videt implicata difficultatibus, cum non aliam de jure ideam sibi fingere aut formare se posse sentit, quam quod sit regula actuum moralium, obligans ad id quod rectum est : quod sit **Regina omnium mortalium & immortalium**: Quod sit ratio summa summi Jovis &c. Quid faciat in illis angustiis ? an neget regulam, quam non videt nisi figuratam & inopriam sibi proponi ? Non facile adducuntur homines, ut credant, sicut insensibilibus, ita etiam in rebus incorporeis dari regulas, normas & similia instrumenta. **Æquum** igitur erat & utile generali juris descriptioni definitionem ipsius justi & æqui & boni subjecere ; qua quis dignosceret justum ab injusto, ejusque notam aliquam accepit. Quamvis sciām dari aliquam regulam, nū tamē illa proderit, nisi simul sciām , quā & qualis sit, item quā sit ejus essentia, natura, forma & facies. Nec sufficit regulam illam recti in singulis materiis tradi , & quid sit rectum in multis speciebus ostendi. Hę enim ita definiendæ sunt, ut ab illo justo & æquo, quod vere & semper tale est, non recedant. Illud igitur sciendum est, antequam singulas species proponas. Posito dari Jus in singulis casibus, datur etiam Jus in genere, cuius singulæ species participes sunt. Alias enim non esset constans ratio juris, necnulla ars,

CAP. IV.

De Jure Naturæ.

§. I.

Postquam de Natura & Jure sigillatim egimus, consequens *Varia definitio-*
est, ut terminos illos componamus, quo Jus Naturæ orationes Juris
tur & apparet, quid illud sit; Facile autem, si W. Grotius Natu-
rae credimus id apparebit, modo significaciones illas,
quas supra recealimus, & quæ hujus loci sunt, conjunga-
mus, sibiique invicem aptemus. Est autem illi Jus Naturæ:
Jus, quod cum ipso genere humano rerum Natura prodidit. I-
tem: Quod naturalis ratio inter omnes homines constituit &
quod omni humano generi commune est: quod semper eorum &
bonum est: divina ratio &c. Aliam descriptionem affert. H.
Grotius inquiens: Jus est dictatum recte rationis, indicans actu
alicui ex ejus convenientia aut disconvenientia, cum ipsa natura
rationali insisse moraliter turpitudinem aut necessitatem moralēm
& consequenter ab Autore Natura, DEO, salem actum aut vetari aut
principi: Aristoteles ita id describit: Jus naturale est quod ubique
& tandem habet vim obligandi, non ex eo quod ita visum fuerit aut
non fuerit. Hobbesius de Cive c. I. §. 7. docet Jus Naturæ esse, liberta-
tem quam quisque habet facultatibus naturalibus secundum ratio-
nem utendi. Cumberland: Lex natura est propositio a natura
rerum ex voluntate prima causa menti satis aperte oblata vel
impressa, qua actionem agentis rationalis possibilem communis
bono maxime deservientem indicat. In integrum singulorum fe-
licitatem exinde solum obtineri posse. Alii, voluntatem DEI
ex factis ejus collectam. Alii aliter, quorum definitiones re-
ferre non est necesse.

§. 2. Quis sit Juris Naturæ status, quæ conditio, in tanta *Que vora sit,*
'definitionum varietate & multitudine (paucissimas quippe recen-
suimus) difficile est pronunciare. Nisi forte id facile videtur il-
li, qui unisententiae addicunt, eam, ut par est, seu propriam, re-
liquis omnibus præferunt. Sed cui veritas cordicit, quique eam
que-

querit sine ullo ad aliorum hominum opiniones respectu, ejusque scintillam aliquam vidit, illi puto aliter accidere non posse, quam ut tam diversis Juris Naturæ definitionibus perturbetur. Et quid fieri de eo, qui nihil veritatis scit, sed opinionibus hominum nititur, iisque ut ventis agitat? Omnes non sine labore excogitatas descriptiones indistincte rejicere audaceis & temerarii nimium esset. Certum enim videtur, unumquemque his rebus inveniendis deditum sua luce uti, quæ eum dicit, quo vult, illique persuaderet vera esse, quæ in luce illa videt. Omnes recipere impossibile videtur, cum non appareat ratio, qua conciliari possint. Unam autem vel alteram eligere, res non minus periculosa est, quam dubii eventus. Facile enim posset accidere, ut quis nubem pro junone amplectatur.

& periculoso-
sum.

S. 3. Id que tanto periculosius esse videtur, quanto certius est, juris Naturæ definitionem formam dare toti juris illius corpori, atque omne demonstrationum fundamentum inde sumendum esse, si disciplina constat ratione, certisque radicibus nixa ex suo semine producenda est, ut arbor. Veritas ejus, quod diximus, liquido apparet ex diversorum principiorum systematibus. Nam v. gr. doctrina Hobbesii (quo nemo construxit systema suis principiis melius cohærens, sibique magis simile) alia plane est, quam quæ vulgo recepta hodie floret. Quem enim de jure Nat. habuit intellectum, eum per totum opus accurate observat & materias juris ita demonstravit uti eum facere par est, qui disciplinam aliquam fundare intendit.

Multas defi-
nitiones re
tes in eo conveniunt,
re
conveniro.

S. 4. Multæ quidem ex illis definitiones, et si verbis discrepant, retes in eo convenient, quod Jus statuant in ratione humana possum: idque plerique veterum & recentiorum Philosophorum faciunt: sepe tamen alia admiscere videntur, quæ non solum demonstrationem & applicationem reddunt difficiliorem, sed & jam efficiunt, ut percipi vix possit, quid velint. Quidam opinionem afferunt non scientiam, quidam generali descriptione contenti non attingunt eam partem, quæ ad definitæ rei essentiam pertinet. Multæ igitur, et si verbis discrepantes definitiones, retamen & sensu conspirant. Idque ex parte ut verum agnoscere par est.

par est. Nisi hoc ita se haberet, nescio an non tota illa disciplina ad orcum releganda esset. Quæ enim spes supereriset, tam contrarias opiniones, atque loquendi modos tam dissimiles, parum certe fibi consentaneos, conciliandi, & verum aliquod, saltem apparens, ex iis erendi. Interim tamen si verborum diligens & accurata disquisitio instituenda esset, in omnibus id vix fieri posse videtur. Non solum verba, sed & ipsi conceptus de jure Naturæ sepe nimium diversi sunt, ut simul stare possint. Si quid hic ulla ratione prestari potest, ad ipsam Naturam oculi dirigen-
di sunt, sed tum verba definitionum insuper habenda, & alia de-
finitiones reddendæ sunt. Atque hanc viam tutissimam, nec
satis laudandam arbitramur, cumque Cicero in Jure civili addi-
scendo tenendam judicavit lib. 1. d. LL. quando dixit: Non a Pre-
toris edito, ut plerique nunc, neque a LL. XII. Tab., ut superiores,
sed penitus ex intima Philosophia haurienda juris disciplina:

§. 5. Videamus autem, nam satis constet, quo sensu natu-
ræ Jus dicatur: potest enim id variis modis fieri. R. Cumber-
land Naturam considerat, ut causam efficientem, qua Autor juris
illius significetur, quod ipse ita explicat pag. 186, 187. Solas ve-
ras propositiones, sive Theoreticas, sive practicas, a natura rerum
menti nostra imprimi. Sab iis cogitationes nostras excitari, prima
causa ita volente. Hujusmodi enim propositiones, qua natura-
liter regunt actiones nostras a Deo datas nobis esse in regularum
officium: hoc enim unum facere illas posse; nempe dirigere.
Hoc igitur sensu, & si naturam pro causa efficiente ponas, Jus Na-
turæ erit, id jus, quod Natura imo DEUS constituit. Cicero
cum alibi dixisset: Legem esse rationem summi Jovis: Item di-
vinam mentem summam esse legem; alibi dicit, illam insitam
esse in Natura, esse vim Natura: quibus verbis Naturam natura-
tam intelligere videtur, non DEUM: Justinianus etiam Natu-
ram rerum prodidisse ait Jus Naturæ cum genere humano: ubi
eum non puto intelligere DEum, sed aliud quid, etsi non neget,
DEum esse Auctorem juris, cum potius affirmet jura Naturæ divi-
na providentia esse constituta.

Quo sensu Jur
aliquid Natu
ra esse dicatur.

§. 6. Dubiam & obscuram esse hanc definitionem, nemo An Naturæ
E non

tum pro Deo sit
accipienda.

non videt. Si enim Naturam pro DEO sumas, certum quidem est, eum esse autorem Juris, qui auctor est omnium rerum creatorum. Verum non sufficit DEUM pro Autore Juris habere, nisi simul indicetur differentia, qua^e est inter hoc Jus & alia jura a DEO constituta. Id fieri nequit, si naturam accipiamus pro Deo. Quia in re Cumberland differentiam juris Naturae consti-
tuit, verbis ejus modo exposuit. An rem magis explicaverit, an implicaverit, aliorum sit judicium. Solas ait veras propositiones & naturarum mentis nostra*in primis* &c. prima causa ita volente. Per primam causam puto. intelligendum esse Deum: qua^e vero sit illa Natura rerum, cui impressionem in mentes nostras adscribit, i-
gnoro. Sciendum tamen id esset accuratius. Cum enim dicimus Jus Naturae a Deo proficiunt & DEI auctoritas hic sufficiat, constare debet, qua^e sint in Jure ferendo Naturae partes: deinde im-
pressio illa propositionum non solum multarum dubitationum ma-
teriam praebet, sed & ipsa per se esse valde dubia. Exploratae enim ve-
ritatis esse videtur, non omnes homines omnes propositiones juris
veras, sive Theoreticas, sive Practicas, impressas habere. Tan-
dem satis apparet, plerique hominibus si non omnibus falsas et-
iam propositiones impressas esse, & ab iis etiam illorum cogita-
tiones excitari. Quia igitur nota veras a falsis Natura distinx-
tit, simul docendum erat. An vero propositiones illae hoc cu-
num facere possint, ut dirigant, nec alium etiam usum habeant,
nunc non attingam. Periuasus sum veras illas & primas propo-
sitiones, etiam alia facere posse: Quantvis propositionum illa-
rum hoc in loco nullam mentionem faciendam; sed ab alia ori-
gine rem repetendam esse crediderim.

Jus Naturae
aveteribus in
ratione collo-
cari.

§. 7. Illam vero sententiam, qua Jus Naturae in ratione collocatur, tuentur plerique veteres Philosophi, Graci & Latini, ut ex dictis constat. Horum tanta quidem apud me est auto-
ritas, ut virtio nemini vertam, si quis ab ea discedendum non pu-
tet. Multis tamen difficultatibus illa premitur: quas an remo-
verint harum rerum periti, Tuum erit judicare.

Obiectio Et re-
fponsio Win-
cleri.

§. 8. Inter gravissimas est illa, qua propria conscientia &
experiencia convictiscimus, rationem nostram esse corruptam, il-
lam

Iam falli, affectibus abripi, & ad prava quævis hominem impelle-re : Hanc vero rationem fundamentum omnium legum facere, ac dicere DEUM & Naturam hominem proprio ingenio, & ju-dicio perversissimo relictum voluisse ; videtur non parum absur-ditatis habere : perinde enim est, ac si diceremus Legislatorem humanum furioso, aut stulto, aut prodigo cum Reipublicæ admi-nistratio[n]e leg[em] etiam ferendarum munus imposuisse. Respondet Winclerus. In homine duas esse leges unam rationis & alteram peccati : Haec per accidens & contra Naturam malam esse, hominemque infestare. Hominem, cum sua & naturali le-ge regitur, tum regi ratione. Cum autem tota anima sua ad malum abutitur, tum non amplius agere ut hominem, sed lege peccati. Ipsam rationem puram, qua a DEO est, nunquam ad malum tendere &c. Vide eum l. i. c. 7. p. 50. ¶ Capite deinde suo probandum suscepit ; verum illud jus, quod originaliter & es-sentialiter in Deo esse nemo negat, ab homine cognosci, nostram-que rationem & jurisprudentiam inde natam, cum Justitia DEI consentire, & proinde, rationem humanam jus DEI intelligere atque actiones hominis ad voluntatem ejus dirigere posse. Na-turam hominis in lapsu non esse extinctam sed corruptam. Ra-tionem ergo eandem justitiam DEI intelligere, quam homo co-gnovit ante lapsum. Id tamen negari non posse, Jus DEI he-die sola ratione imperfecte intelligi, culpam vero non esse DEI, sed peccati & consuetudinis peccandi, quod occupati sumus vani-tatibus, nimiumque opinionibus traditis credamus, & denique vitiorum intemperantia &c. De politicis & exterioribus, quæ ad vitam politicam spectant, neminem dubitare, rationem in iis non abludere a voluntate divina. Rationem mansisse amissa imagi-nem divinam. Eam non esse inimicam Deo. Sic ille.

S. 9. Fuerunt hæc ob oculos ponenda, ut ostendi possit, *An recte re-quæ hic lateant difficultates, & quantum oneris fuscipiat ille, spondeatur ho-qui Jus naturæ in ratione collocat.* Respondet, ut videtur Win-
clerus, hominem duabus legibus agi, una rationis, altera peccati. *lege agere.*
Rationem, quia a Deo sit, nunquam ad malum tendere. Si quis
vero anima sua abutatur ad malum, cum non ageret ut hominem,

sed lege peccati. At evidens est, cum nihil respondere, sed prodere causam, quam defendendam suscepere. Perinde enim nobis est, qua lege, peccati an alia, homo ad malum abutatur anima & ratione, modo abutatur. Id enim est, quod illi volunt. Si ye etiam ratio per se ad malum tendet, sive per accidens ab alio ad id impellatur, nostra non refert. Sufficit eam ad malum tendere. Neq; etiam de peccato loquimur, sed affirmamus rationis imperfectionem atq; corruptionem obstat, quo minus illius dictata pro lege haberi possint, vel etiam credi, suis illam viribus & sibi soli relictam Leges Naturæ, licet vellet, non dicam invenire, sed si quis eas monstraret, dignoscere atque amplecti posse.

Num homines S. 10. Multum autem sibi sumere, & de facultatibus suis intelligent **Jus** plurima sperare existimamus eum, qui cum Winclero defendere quod essentialiter in Deo est, ab hominibus in Deo est. ne cognosci: nostram jurisprudentiam contentire cum DEO rationem eandem justitiam DEI intelligere, quam homo cognovit ante lapsum. Si dixisset, quzdam, vel paucissima illius juris, quod essentialiter in DEO est, nos cognoscere, non quidem ut essentialiter est in DEO, sed ut manifestum factum est per creationem, seu promulgationem, subscriendum illi existimaremus. Sed illa, quæ ipse afferit, defendere non audemus; quemadmodum nec illud, quod sequitur, eandem justitiam nos intelligere, quam homo cognovit ante lapsum. Nisi forte ille justitiam accipit de una vel pluribus propositionibus ad justitiam spectantibus r. gr. neminem debere locuplerari cum alterius damno, summa que cuique tribuendum esse & similia. At hoc pacto in meram cavillationem assertum illud desineret; quia justitiam DEI intelligere, non est unum vel plura axiomata juris callere, sed totam atque perfectam illam justitiam divinæ compaginat. Omnes ejus vias atque tramites, sumnamque sapientiam scire, qua non unam aut alteram hominis actionem, sed totum mundum gubernat. Quæ & quanta fuerit sapientia & perfectio hominis ante lapsum dubito an nos concipere queamus. Vix ergo & eandem justitiam intelligemus, cum ne quidem quæ ante pedes jacent, discernere queamus. Id verum est, quod dicere cospicimus, generales quasdam propo-

propositiones, quas veras esse cognoscimus, eodem modo veras esse etiam ante lapsum, illasque etiam tuin eodem modo ut hodie, jus fuisse, nec aliter intellectas esse. Sed id non est justitiam DEI intelligere: non magis quam intelligere bis duo esse quatuor, est artem arithmeticam callere.

S. 11. Non capio igitur, quod passim legitur DEum *An Deus a Naturæ accommodasse Naturæ hominum integræ, non vero accommodaverit naturæ varia vitiorum labo corruptæ, quia haec inquinamenta juri Jus nature Naturæ contraria sunt.* Pro comperto enim habeo, *DEum hominum in hominem a præsse juri, non jus homini.* Hoc quoque scio, non *tegra?* posse sine summa absurditate & impietate Naturæ tribui, eam corruptum, imperfectum & talc Jus produxisse, quod Naturæ variis vitiorum inquinamentis contaminata foveat, quod homines & quæ bestiæ, dum illis permittrit, quod his impune facere licet per Naturam. Hoc vero si volunt illi, qui ad statuta naturæ integræ Jus exigunt, ego illos non reprehenderem, sed lubentius sequerer, quam quoscunque juris alicujus bestialis assertores.

S. 12. Hoc ergo ipsum, de quo nunc loquimur, rationes nostræ *Quia quæ infirmissimæ indierunt est evidentissimum: nempe quod nobis ipsis, dam Juris N aliisq; persuadere conemur, si pauca quædam de justitia quis garitur propositi at, eum justitiam Dei intelligere, atque inde omnibus hominibus tiones nota etiam indoctissimis Jus illud naturæ notum esse, quia communia & sum, ideo te precipua legis naturalis capita adeo liquida & plana sint, ut statim tum Jus non aslensum apud ipsis inveniant. Cur non eodem Jure dicunt, omnes esse notum, homines naturæ esse Arithmeticos, Mathematicos, Medicos? o-* mni, quippe prima eorum principia sunt naturæ nota. At qui sî, ut homines sint bene multi, & maxima quidem vulgi pars, quæ nullæ arte nullisq; demonstrationibus eo perduci potest, ut percipiatur, quomodo & cur vera sit propositio quædam, quam ipsi pro vera habent? ut nihil dicam de ea, quam ipsi falsam putant.

S. 13. Porro, licet principia quædam nota sint, illorum *Pythagoreo modo tamen applicatio adeo ignota est, ut nesciam, annon vel ea solum principiis nota de causa dicendum sit, principia illa non esse naturæ nota: sunt quidem nota, ita ut sensu vel iterum auditu in memoria hærent, & finit. labii insidiant, in pectus vero usque raro descendant, nec vis eo-*

rum innotescat mentis profunditati. Non impedit, quod homines etiam applicare possint illa principia, illisque ubi opus est, uti. Nam utuntur iis, quatenus perversitas naturæ & rationis id patitur, atque in paucis casibus : ubi vero ad res majoris momenti ventum est, sumus quovis stipite stupidiores. Sic recte intelligimus, pulchrum esse, beneficentiam, liberalitatem & justitiam exercere, idq; multum facere ad amorem conciliandum & societatis conservationem. Tum vero id intelligimus, quando ab aliis exigimus, ut erga nos liberales & justi sint, rarissime autem, quando alii a nobis idem exigunt : tum nulla ratione id nobis persuaderi patimur. Quod satis probat, nos sonum justitiae interdum audire aut reddere, ipsam vero justitiam non intelligere.

*An omnes posse
sunt Jus intel-
ligere.*

§. 14. Accedit, quod multo labore, studio & diligentia principiorum notitia eorumdemque applicatio comparari debeat : unde apparet non sine absurditate aliqua Jus Natura notum haberi posset. Experientia didicimus homines ingenio sat docili, atque ad ea, quæ alias proponuntur, percipienda satis aptos, ubi ad ea ventum est, quæ attentione opus habent & meditatione, ubi argumentorum vis ponderanda & cum aliis conferenda erat, truncos esse & stipites. Adeo parum valet ratio nostra. Idque mirum certe non est. Non enim satis dici potest, quod ante monuimus, solam notitiam propositionum æternæ veritatis licet multarum, nec scientiam, nec sapientiam tribuere, nec sufficere ut dicamus aliquem ratione uti. Habent eam omnes sola memoria prædicti, habent eam diaboli. Requiritur usus, nec usus solum, sed rectus, sed totius universitatis mundanæ systemati & consiliis DEI conformis. Desideratur, ut quis non unum axiomœ sed plurima sepe contraria simul consideret, & conclusum veritati conveniens inde formet, quod eo difficilius est, quo per plures gradus ad id conclusum devenirit. Hanc facultatem paucissimi habent, ut pauca simul & semel perpendere & verum invenire possint. Omnia vero mente complecti, nemini datum est. Repugnat hoc Naturæ nostræ finitæ. Oculorum nostrorum acies, Arithmetica, & propositiones multæ Euclidis probant, quæ diximus. Nisi hæc

hæc quæ dixi, dum ratione utimur, observeimus, ridiculum faciemus opus rationis, atque humano corpori cervicem interduim pingemus equinam.

§. 15. Quod si hæc vera sunt, uti ea Tibi examinanda re- *An ratio sit linquo, vides quatenus defendi possit, quod dicunt, natura νετήσιον Juris notum esse jus Naturæ: item: nos justitiam DEI, quæ fuit ante ris lapsum intelligere posse, de quo supra.* Non caret ratione, quod S. Rachelius in *Prolegom. ad Ciceronem de officiis* dixit: *nudam rationem in νετήσιον adhiberi non posse, quia corrupta sit.* Et frustra esse Aristotelem, cum inquit: *Lex est recta ratio, non magis enim Ethnicis de ratione convenire, quam de gustu.* Poù sacer etiam Christianos addere. An enim inter illos magis ea de re conveniat, dubito. Animus mihi nunc non est id agere, ut Tibi persuadcam, rationi nuncium mittendum, eamque repudiandam esse, tanquam plane nullius momenti, & nullius usus. Fuerunt id olim & nunc forte alii, quorum ego litem meam non facio. Neque examinabo, an id cum ratione feeerint, an nos. Eum saltem in finem hæc moneo, ut ansam exinde arripias cogitandi de fundamento Juris Naturæ solido querendo. Nimis enim verum est, rationem esse corruptam neque id, non dicam negari (quis enim negaret?) sed nec tolli aut evitari potest. Unde necessaria consequentia sequitur. Ergo etiam jus Naturæ habemus corruptum: quicquid etiam quis oceinat. Quam igitur causam gloriandi vel spem habeamus jus naturæ ad summum fastigium deducendi: Item: quomodo juris semina & principia colligenda, quomodo tota machina disponenda sit, ut corruptio illa, quam minimum appareat, aut noceat (cui rei remedium naturæ forte suppeditasse videtur) simul videndum est.

§. 16. Scopulus iste non tollitur, si dicas, methodum & *Arte non tolli* artem subvenire corruptioni, eamque dirigere rationem ad *corruptionem cynoturam* nescio quem: dari lapidem aliquem Lydium, ad *menis nostras*. quem probare possis rationis tuae soliditatem & *ἀριθμόν*. Concedam dari tale quid. Sed quæ est illa ars? quæ methodus? An ergo illi, qui eam callent, (probabile enim est, esse quosdam illius artis peritos:) ab errore suar immunes? vel an potius

tius multi non sine causa mirati sunt, qui fiant, ut nemo longius a veritate absit, quam quos artem veri professos esse constabat? Si quis negare velit, arte quadam corruptionem rationis emendari posse, nescio an id estre admodum ferendum sit. Suppetunt rationes dubitandi sat multæ, ob quas affirmare quis nollet, humanam artem plus valere, quam Naturæ ordinem (saltum in hoc casu) artemque non posse tollere illa, quæ Natura, vel malus quidam genius in ea turbavit. Imperfectiones illæ radices habent altissimas, ad quas nequidem cogitatio humana pertingere potest. Non potest ratio emendari, nisi ab ea tota recedamus, sano sensu. At cum hoc & rationi & viribus etiam plerorumque non solum impossibile, sed & stultum videatur, id prætermittimus. Si tamen id fieri posset, quo devenimus? quale Jus habebimus? Hinc dixi sano sensu. Rationem enim rejicere, est humanam Naturam abnegare, & insanire velle. Id manet tamen, nullam esse causam, ob quam tanquam extra omnem controversiam positam credamus, juris Naturæ disciplinam ad summum fastigium hodie esse perductam. Nisi forte fastigium in ipsa corruptione ponendum sit: quod admittendum. Sæpiissime enim observatum est, scientias non in melius sed in peius rueret, & ab antiqua simplicitate atque puritate deficeret, vanis ratiociniis inducis &c. Si ratio est corrupta, omnes, qui de jure Naturæ scripsierunt, aliquid vel multum corruptionis admiscuerunt, & consequenter qui de corruptione illa judicabunt, fatebuntur se non raro sanum pro corrupto habere, & corruptum pro sano. Corrupta ratiocinia infertunt mala principia posita, vel vera male applicata. Quamdiu hic metus adest, non crediderim aliquem gloriari posse de scientiæ soliditate, multo minus de fastigio ejus.

*ut nec errores
plane evitari.*

§. 17. Cum homo aliter considerari nequeat, quam ut error obnoxius; disciplinis etiam humanis multa vel relinquenda vel condonanda sunt, nec perfectissima plane certitudo requirienda. Talis tamen aesse debet, quæ non longe a certo absit. Nobis vero nihil incertius est ipsis principiis. Vix enim est, ut sciamus, quo nos vertamus in tanta prædictorum & fundamento- rum

tum diversitate. Si inter nos convenires de principio, ut inter Mathematicos convenit de Theoretica veritate propositionum Euclidis & axiomatum ex quibus illæ demonstrantur, salva res esset, nec certitudinem maiorem requiremus: quamvis aliqui multa Mathematica in dubium vocant; multa etiam, licet subtilia, habeant, de quibus disputari possit. Ferendus etiam esset exiguis aliquis error, aut lapsus in applicatione juris ad actiones & species propositas. Nam in praxi Mathematicarum scientiarum, quando v. gr. opus quoddam efficimus secundum veritates absolutas & necessarias, ex diligentia id nequit perfici, quam Theoria & numeri exigunt. Is tamen error non impedit, quo min⁹ perfectum sit opus, ad usum scil. illum, quem praestare deberet, nec quo minus ars sit perfecta & vera. Nam ars naturam perfecte imitarinequit, nec ulla humana diligentia. Usus vero & necessitas sepe quidem diligentiam & cœgiſſas desiderant, sed non tantam, quantum Naturæ opera.

s. 18. Nolunatus vero de quolibet errore hoc, quod dixi, *Quod ramus de omnibus non capientur.* intelligi: Loquimur de minutissimo, qui figuram rei non mutat, nec facile cernitur. Id quod in praxi geometriæ ſepius sine damno contingit, & ostendi etiam in iustitia potest. Habent vero Geometræ varia subsidia, quibus errores ejusmodi cavere & emendare possint. An in jure ſimile quid inveniri possit, & an omnino modo id querere debeamus, meum captum superat. Videant illi, qui Jus Naturæ in fastigio, in quo eſt, intuentur.

s. 19. In exterioribus quidem ad vitam civilem spectantibus, rationis vim satis magnam, ipsamq; non adeo corruptam esse facile alicui persuaderi posse puto: atq; ita si quis arte utatur & felici atque perspicaci ingenio a natura præditus fit, ei in politicis, vel etiam naturali rerum cognitione, quæ vita huic limitibus terminatur, variisque artibus eo pertinentibus, præ primis iis, quibus luxuria originem præbuit, rationis uolum sufficere, facile quic credat, cum absurdum videatur, exactam nimis & accuratam rationis vim ad juris Nature intelligentiam exigere, quia ad vice ſolum ſocialis uolum id ſit aptatum, nec aliam utilitatem aut finem

propositum habeat ; reliqua autem ex Theologia & verbo DEI petenda sint.

Corruptio totum hominem invaserat.

§. 20. Ita quidem forte ratio nos statuere juber. Interim tamen est & ratio, quæ nos jubet in alia omnia dilcedere, adeo, ut ignorem, num alio le fletri patiarur. Nam si omnia perpendiculariter, si fontes atque causas corruptionis intueamur ; videbimus corruptionis venenum totum hominem, atque adeo quæcunque ejus consilia, judicia atque opiniones infecisse, nihilque eum attingere, quod vel pravis ratiocinaliis non corruptat, vel sine ulla ratione aut probet aut improbet. Deinde obscurum est, an quis in eo peccare possit, ut nimium rationis exigat ab homine sapiente, qualis certe est, & debet esse is, qui de rebus divinis & humanis non ex libris, vel auditu, sed mentis suæ thesauro vera proferre velit. Possem id auctoritate sapientum omnis ætatis probare, nisi laboriosum nimis esset aliorum dicta compilare, quibus si vera objiciamus, non admodum egemus. Mihi ita semper hæc res se habere vila est, ut existimandum judicarim, nihil, quod ad Politicam spectat, nec ullam scientiam ab homine inventam, nec propositionem aliquam in jure, quæ alicujus, quamvis exigui momenti videatur, extare, cujus radices & initia non sunt intimis naturæ visceribus infixa, cujus limites non terminentur ultimis naturæ & humani generis finibus, & cum reliquis omnium scientiarum primis principiis, summam convenientiam affinitatemque habeant. Ita enim hæc mente comprehendere fas esse videtur, non autem scientias eo, quo inter homines abusu admodum noxio divisæ sunt, modo separare & discerpere : quasi DEUS scientias illas diversis essentiarum finibus, aut locorum intervallis procreavit, ut lapides, arbores & animalia. Nec putandum est, posse quid, sive Politicum id sit, sive Physicum, sive aliud quid, solo intuitu, vel superficiario, si bene agitur, studio percipi, ita ut ad ejas intelligentiam qualiscunque ratio, qualem in universum omnibus & singulis tributam cernimus, sufficiat. Ad communem vitæ consuetudinem, & ut cæcus cæcum ducat, exiguis rationis usus sufficit : quod recte is vidit, qui primus dixit, mundum exigua regi sapientia. Sed de ejusmodi

modi scientia adquirenda sermo non est. Agitur de Theoria & primis ac profundissimis fundamentis universi juris, densissimis Naturæ tenebris involuti, & propter rationis nostræ misericordias præstigias & fallacias fere inexplicabilis, ac propter summam ejus imperfectionem difficillimi. Nulla ergo superficiaria Ratio, quæ vitæ etiam illecebris & societatis perversæ stultitia, exemplisque pessimis penitus corruptitur (etsi benigna Natura aliquam interdum prodat, quæ ad opera sua intelligenda quodammodo sufficiat) fiœvalet aut aliquid potest.

§. 21. Nam, ut brevi dicamus, natura rei cuiusvis vilissimæ *Natura varia* est supra captum rationis nostræ : nexus, implicationes rerum *tar maxima* sunt infinite multæ ; varietas propositionum earumque numerus immensus ; ut arenæ totius terræ & guttæ maris. Ex illis retum, justum & bonum perpetuo tale comprehendere, non est cuiusvis. *Veritas enim in tanta varietate & multitudine rerum etiam contrariarum, ut sœpe videntur, una tantum est.* Hanc ut deprehendas, vide quibus rebus opus sit, quibus canibus, qua ventione. vide an facili negotio capi possit. Fidem habeo Justitiano in novellis suis constitutionibus de varietate & difficultate naturæ gravissimas non minus quam perpetuas querelas profert. Ille tamen non nisi iura civilia ad civilem societatem facientia, nec, ut videatur, adeo profunda disquisitione egentia ibi tractat.

§. 22. Forte ais, hæc & similia dubia jam olim a multis *An omnia du-*
retro seculis agitata & decisa esse : hodie satis constare, quid de bia buc perti-
ejusmodi rebus statuendum sit : quædam vel idœo suspecta esse, *nentia sunt de-*
quaia antiqua sunt. Egovero quam antiqua illa sint, non disqui-
cisa, nec opus est. Si Tibi nullum hic dubium superest, sed o-
mnia luce exposita putas, est quod Tibi gratuleris. Mihi si ve-
ra, ut par est, dicenda sunt, id maxime dubium hæret, an non sa-
tis dubii reliquum sit, an nulla amplius controversia de rationis in-
firmitate moveri debeat, an denique *composita & conciliata* sint
omnia, quæ huc faciunt. Indagandum ergo Tibi est, num in-
comoda ex corruptione rationis oriunda, alicubi indicata, discus-
sa & remedia prodita sint, quibus si non omnia, saltem quædam

aut tolli, aut emendari possunt. Affirmat quidem Winclerus d. l. (quod nunc in mentem venit) neminem dubitare quin ratio in Politicis non abludas a voluntate divina, nosque ea propter eo confidentius affirmare posse, ea, qua ratio in jurisprudentia tradit, a DEO non improbari: addit autem, attendendum modo ut recta ratione utamur, nec errorem pro veritate arripiamus, quod fieri, si rationem excitemus, sobrie de rebus meditemus, bruta anima partiratione imperemus, pravis affectibus & legi carnis resistamus, viros prudentes consulamus, & DEI consilium imploremus, tandem lapidem Lydium Decalogi adhibeamus.

Wincleri sententia examinatur.

§. 23. Quod igitur ille ait: *qua ratio in jurisprudentia tradit, ea a Deo non improbari*, id ego in universum defendendum non susciperem. Posset enim forte quis inveniri, qui pluma legibus Christianismi non conguere ostenderet; non quidem illa πολυτελητα, quae vulgo moventur, sed alia majoris momenti, ipsamque animam quasi Juris constituenta. Multo minus verum esse credimus, in Jure Naturæ de rebus solum Politicis agi. Reliqua quæ remedii, vel cautelæ loco affert, valde probamus. Id tamen obiter monemus, nihil cum præter verba dare, quando ait, *videndum, ut recta ratione utamur*. Hoc enim opus, hic labor est. Videndum quis hominum ratione recte nisi possit. Hactenus etiam nobis admodum favet, dum probat, quod nobis supererat dubium, cuiuslibet hominis rationem hic nihil posse, nec quemlibet aptum esse, qui rationem habet, cum ex quovis ligno non fiat Mercurius: sed eum solum aptum esse, qui rationem habet, quæ id præstet, quod ille requirit. Decalogus habendus est sine dubio pro lapide Lydio in legibus illis, quas continet. Si in eo totum Jus Naturæ, totaque Jurisprudentia consistit, ut decem ejus capita memoria teneamus, sine ullo dubio rationem habemus perfectissimam & Jus Naturæ minime fallax. Sed quem habebimus lapidem, qui secundum illum decalogram, cetera jura ibi non constituta, iusta tamen & recta, recte judicare, invenire & applicare doceat. At vero Decalogram inter remedium merito collocat.

An pure ratione omnes unius singulorum hominum in concreto dicendum sit, si eam, qua quis-

que

que utitur, examinemus, & cum reliquis comparemus. Ratio quidem omnibus tribuitur, qui naturam & figuram hominis habeat, & merito quidem. Si ratione pura & qualis in statu integritatis hominibus competiit, omnes uterentur, dicendum forte esset, omnium & singulorum esse plane eandem: Saltem id certum esset, nihil contrarietas fore in ratione singulorum, licet vires & facultates cujusque inaequales forte essent. Nihil enim impedit, quo minus in rebus creatis, & perfectis gradus dentur. Sed in hac rationis, stultitiae, lucis & tenebrarum mixtura quid dicendum sit, videant alii. Si id, quod natura in aliis rebus creatis effecerit, observemus, facile erit judicium aliquid ferre.

S. 25. Si duorum solum ingenia consideres, eorumque opiniones & de rebus quibuscumque iudicia, nihil tam diversum invocabulum ravenies, quam duorum illorum hominum rationem. Est quidem rationis, in quo omnes convenient, sed exiguum id certe est, & nullius sere momenti: parum quoque content ad totum jus mediocriter intelligendum. Multum captionis latet sub vocabulo Rationis. Hoc enim ipso nos suaviter decipimus, ne scientes quid sit ratio, sed putantes, quia nemini illa deneganda est, aequali omnibus & singulis cum omnibus facultatibus coepit. Quare elucidandum prius esset, quanta cuique tribuenda sit ratio, & quibus terminis ac finibus diversitas ejus circumscribatur. At hoc fieri nequit, & per consequens nec definiri, quid illa sit, nisi in abstracto, quæ tamen nullibi reperitur, nisi in sapiente Stoicorum. Quare cum de ratione in abstracto loquimur, ad singulos dicta applicari non possunt, sine manifesta fallacia. Quia de causa quis putaret, simile quid in ratione esse, ac in illis vocabulis, quæ Aristoteles σύγεος σύ dixit, quæ una definitione comprehendendi nequeant.

S. 26. Qui rationem pro Jure ponunt, illis præterea demonstrandum est, quomodo ratio vim legis, quæ in obligando dum sit illi, consistit, acceperit. Nam inter legem & rationem, primo saltem intuitu, immanis videtur esse differentia. Demonstrandum etiam, an tota ratio sine discrimine sit Jus, an pars rationis. Et si hoc, qualis illa fit. Totam quippe rationem pro Jure sumere, durum & difficile dictu videtur, etiam si probes, Jus

in ratione situm esse. Primum quod attinet, si DEUS nullus esset, quod tamen sine scelere dari nequit, ratione nostra nihil esset divinus, nihil superius. Sed ne sic quidem appareret obligatio quædam. Omnes enim Dii essemus, & in summa libertate positi, quos nihil vetaret ab eo, quod rationi vidoretur convenire, discedere, & contrarium sequi. Imo illud ipsum discedere a ratione, pars esset rationis & juris. Nunc cum Dei existentiam & presentiam agnoscamus, eadem facultates in homine fibi contraria reperiuntur: facultas nempe sequendi jus, seu rationem, & non sequendi: videamus etiam, quod alii rationis esse purant, id nobis stultitiae loco esse, & vicissim, quod alii summam dicunt injuriam, nos rationi nostræ conveniens, pulchrum, justum & omni studio sectandum judicare.

*nempe eam
vim legis ha-
bere.*

§. 27. In hac incredibili rerum confusione, cum DEUM auctorem Juris, atque simul Legislatorem fateamur, clarissime ostendendum est, DEUM pro lege & norma omnibus dedisse rationem, id est (si oculis & experientia credendum) illam ipsam confusam, inconstarem, perversam & stultam rationem, quæ hodie amplectendum judicat, quod crassificiendum statuit, quæ meliora videt & probat, deteriora tamen sequitur. Sed hoc vix probabile videtur, cum nulla apud DEUM sit Juris indigentia, qua motus, cum melius isto perfectissimum Jus nobis proponere posset, incertum, varium & vagum quiddam daret, quod rationem diximus: præsertim cum revera intelligi nequeat, quid dederit.

*An singulo-
rum ratio cui-
que lex sit.*

§. 28. Nam si ponatur, euim singulis rationem dedisce, quæ cuique regendo sufficeret, & suaderet vel imperaret, quod cuique utile, commotum & jucundum esset, hoc pacto Jus illud non foret omnibus hominibus commune, sed quilibet proprium & a reliquis diversum Jus haberet, cum idem non placere possit omnibus. Et licet omnibus, quotquot sunt, hominibus, placeat conservatio sui & propria utilitas, propria laus, honor, divitiae: cum etiam necessario quilibet impellatur instinctu naturæ ad ea facienda, quibus ingle conservatur, (quod est Hobbesi principium juris & rationis, universale) revera tamen appetet, jus illud non esse.

esse commune , nec ullo vinculo eos ligare, sed omni vinculo solvere & commune bellum inducere ; uti Hobbesius non ratione solum, sed & experientia moribusque omnium statum inductus statuit. Hoc itaque pacto nullum revera jus haberent homines. Hoc autem DEO propositum fuisse, dici nequit ; cum statuimus DEVUM hominibus deditis Jus.

§. 29. Si enim dicta sequimur, necesse est ut statuamus, *Jus ab hominibus non a DEO, sed hominibus ortum suum accepisse eo temporibus origine pore, cum homines statum illum & Jus Naturæ intuentes, ab nem non habet. eo in statum tranquilliores discedendum judicarent, & Jus sibi formasse, propterea ipsis videtur: atque ita homines rationem suam, quæ statum illum belsi dissuadebat, secutos, recta tandem via invenisse jura. Sed quoctunque illa veritas, nullam praestant intellectum juris aut obligationis. Statuerunt enim jura, non quod obligati fuissent, sed quod placeret eam sequi, quia commoditati vira sic magis confulebatur.*

§. 30. Quod si cui in mentem veniat, DEUM ea de causa *An a Magistris aut animalium greges pascunt (unde & Homer Reges dicuntur statibus. pastores populorum, simili satis eleganti) non dubitamus, quin hæc recte & vere dicantur, illaque non solum Gentibus, sed & sacra scriptura probantur, quæ Regibus talem honorem potestatemque tribuit. Verum cum Jus Naturæ ejusque obligationem consideremus, uti est a natura constitutum, & in fontibus suis latet, eum in finem, ut sciamus, unde ratio nostra vim legis acciperit: hinc illa quidem nodum non solvunt, sed secant. Nam inter remedia, quibus Natura infirmitati nostræ vult subveniri, etiam hoc est, ut minus prudens obtemperet sapienti, & inferior superiori. Qui enim imperant, debent sine dubio reliquis esse sapientiores, & ratione perfecta quam maxime pollere.*

§. 31. Accedit, quod si Regem statuendum dicas, in illo *Summa Potestati propria ratio in multis abneganda sit, & Regis ratio in e-stati parentus locum recipienda, quod Hobbesius quoque voluit. Cum dum esse vero.*

vero fieri etiam nequeat, ut ille præscribat, quæ omnibus placent (hominum enim rationes nunquam in unum conspirant) habebimus legem non secundum cujusque naturam, quæ cuique Rationem dedit rectricem, sed interdum præter vel contra cujusque rationem. Sic autem efficietur, ut cujusque ratio etiam hoc modo non sit Jus hominis. Multa alia possent addi, sed facile patet constituto Rege rationem singulorum ab eo non accipere vim legis, sed omnem fere auctoritatem illi deini, & recte quidem.

*Differentiam
esse inter Le-
gem & ratio-
nem.*

§. 32. Multum igitur interest inter legem & rationem, Nam virtus Legis in eo solum consistit, ut liget, cogat, præcipiat, vetet (vid. Modestinum l. 7. de Legib.) sed rationis virtus est, ut contempletur, meditetur, suadeat, investiget, doceat, &c. non vero ut imperet, jubeat, cogat, in vincula conjiciat &c. Sibi ipsi quoque illa non imperat, ne potest quidem. Neque enim videtur sui plane juris esse, ut ex præcedentibus colligere licet. Quod enim maximum est, constat illi deficit, quamvis reliqua omnia adessent: In alias minori Jure imperium sibi asserere potest, quia sine contradictione dici nequit, quemque propria & simul alterius, vel omnium plane hominum ratione regi. Id esset jus rationis omnium in omnia, quod pauci probandum duceat. Nondum igitur constat, quomodo Lex, Jus & ratio sint idem, & quo pacto ratio obligationem contineat.

*Sententia
Rachelii.*

§. 33. Eandem sententiam sovit etiam Rachelius in Proleg. ad offic. Ciceron. Licet, inquit, singamus usum rationis & dialeticos sibi simillimam & constantissimam esse, obligationis ramen autoritatem hinc non erui. Nam in statu naturali ubi omnes sunt aequales, unius rationem alteram non obligare. Rationem sudere & demonstrare quidem, sed non obligare. Sic ille. Exquisibus id quidem parum eo facere arbitramur, ut rationi obligationem denegemus, quod unius ratio alterum non obliget. Hoc enim ut requiramus non admodum necesse est. Sufficeret si singulorum ratio singulos liget. Sic enim omnes ligati essent eadem ratione (modo una esset omnibus) quatenus propria est cujus-

eiusq; non quatenus alterius est. Sic animalia faciunt quod eorum naturæ convenit, idque sine lege, & idem faciunt, quia aequali instinctu aguntur. Idem ergo facerent homines ex lege proprie rationis.

§. 34. Idem alio loco ait: nos ex sola ratione de honestatis obligatione certiores non fieri. Nudam enim probabilitatem Utile est scire rationis ad hoc non sufficere. Miror tamen Rachelium, cui quædam verba alibi exciderunt, quibus acu rem tetigit, illis non insisteret. Quæ de honestatis pulchritudine dicuntur a Philosophis, ea, inquit, non esse tam evidenter & constringenter intellectum veritatis, ut ad facienda honesta, fugienda turpia me obligatum profiteri cogar: Stoicos aliquid roboris addere, dum nonnumquam Naturam ad DEUM referunt. Nos in ea sumus hæresi, non posse vim, rationem & operationem Juris Naturæ in mentibus nostris demonstrari, antequam vox illa, obligatio, & quomodo mens nostra a Natura obligetur, accuratissime explicetur. Scendum esset, qua via obligatio innoscatur animis hominum; ut sentiant se obligatos, vel sentire possint. Doctrina nostra nihil habet præter verba vulgi, eaque impropria, non intellecta, male applicata, sine ulla naturæ cognitione: habet verba ad terrendum apta, quæ suo loeo & ordine considerationem effugere non possunt, non vero ita comparata sunt, ut rem declarant, quibus tamen constare debet ea disciplina, quæ summa mentis tranquillitate in luce, quæ omnibus splendet, Naturam contemplatur, non solum ut finem, sed & ut fontem atque originem omnium rerum. An lux obligat oculos ad videndum? & si obligat, an obligat, ut ignis consumens? si non obligat, liberum est videre oculis, & non videre. Si Moles rubrum ardenter videns jussus est exerceare calceos, vide quid nobis faciendum est, lucem intuentibus.

§. 35. Illud quoque accutius ostendendum esset, an & quod Deus nos velit obligatos esse Naturæ. Hobbesius id non existimat, Quid enim, si nos arbitrio nostro relictos voluit, ut regari natura. liqua animalia, & permittente, ut proprio experimento, malis nempe nos mutuo afficiētes disceremus quid bonum esset, idque pro re nata statueremus. Tum obligatio, qua per Naturam DEO te-

nebimur, cessaret tantisper, donec alia ex revelatione nobis paraderetur. Objicies animalia carere ratione, adeoque illa lege non egere aut obligatione; aliud esse in homine, qui proprio arbitrio non fuit relinquendus, quia in contrarium flecti potest ejus animus &c., ac proinde illud argumentum non valere ab animalibus ad homines. Resp. Hominem esse animal: Animalia non habere legem, nisi eorum naturam, quæ adstricta est ad unum aliquem agendi modum: animalia agere secundum illam naturam, seu legem, nec aliter posse: idem procedere, & non minus evidenter, quam vere dici de hominibus; eandem nempe legem ipsis scriptam esse. Sicut enim animalia habeant unam legem ipsis scriptam, naturæ nempe instinctum, qui semper unus est idemque: ita homines habent legem, naturam suam, quæ quidem non est merus instinctus, ut in animalibus, sed præter eum, quem cum animalibus communem habent, prædicti sunt etiam ratione qua possunt agere, quod volunt, & instinctus atque impetus suos sequi & non sequi. Itaque hæc ipsorum lex forte posset esse, ut quemadmodum animalia unum illum imperium sequuntur, ita & ipsi, vel imperium, vel rationem sequantur, ut lubet, & ut quisque potest. Non dicimus validum & verum esse hoc argumentum, sed solida refutatione egere, quia legem Naturæ representat. Quare dum Naturam scriptam, ne ad absurditates delabamur, cavendum est. Accurata autem Naturæ peritia opus est, non superficiaria inspectione aut verborum lenociniis atque emplastris.

*An dictatum
fit genus Juris
natura.*

§. 36. Supradicta ea parte definitionis Iuris Naturæ a Grossius traditæ egimus, qua id dicit esse dictatum rectæ rationis. Non inquiremus, an his verbis genus definitionis explicetur. Si enim hoc ita esset, ponendum esset plura jura dari, quæ dictatum rectæ rationis sint. Debet enim genus definiti cum aliis rebus communionem habere. Num igitur Auctoris mens sit, quod omnia, etiam jura positiva, dictatum aliquod rationis sint, me latet: uti & illud, an ipse genus definitionis in sola voce dictatum ponи velit; quod tamen vix probabile videtur.

An ratio indi-

§. 37. Reliqua vero definitionis verba obscuriora sunt, quam

quam ut verum eorum sensum satis percipere possim. *Jus enim est moralē*
Naturæ dicit esse dictatum recta rationis, indicans alii alicui turpitudinem,
ex ejus convenientia aut disconvenientia cum ipsa Natura
rationali inesse moralem turpitudinem aut necessitatem mo-
ralem &c. Non intelligo sane, quomodo ratio, vel dictatum
eius, indicet moralem turpitudinem. Inquis, illam indicari ex
convenientia & disconvenientia cum natura rationali : hoc idem
est, ac si paulo similius diceres, rationem indicare, quid naturæ
rationali conveniat: quod nihil aliud est, quam rationem indi-
care, quid sit ratio, quid non: quæ non sunt rationis, illis
inesse moralem turpitudinem: quæ sunt rationis, illa continere
necessitatem moralem.

§. 38. Quin hæc vere dicantur, non dubito. Vellem au-
tem ea clarius proposita, ut de natura Juris Naturæ apertius con-
staret. Certe multa supponimus, quæ vel ante intellecta esse de-
bent, vel postea explicanda restant. Id primum debet sciri, quid
sit convenientia cum aliqua re & disconvenientia, quodnam sit
fundamentum, secundum quod judicare quis possit actum conve-
nire cum ratione, vel Natura rationali, vel non convenire. Pu-
to enim uno horum cognito, etiam alterum non fore incogni-
tum: et si de hoc quidem nunc non admodum sollicitus sum.
Deinde sciendum, quid sit illa turpitudo exinde veniens, si actus
non conveniat cum natura rationali. Item in quo consistat ne-
cessitas illa moralis. Præterea an detur quedam turpitudo non
moralis. Per Naturam rationalem puto eum intelligere natu-
ram hominis, qua differt ab animalibus: quæ nihil aliud est, quam
ratio. Sic ipse Autor deinde loquitur, de actibus comparatis
ad naturam fana ratione utentem.

§. 39. Primum illud in quo nempe consistat convenientia
& disconvenientia cum natura rationali, & quod sit ejus funda-
mentum, res est altissima indaginis, nec a Grotio, quantum scio,
explicata. Summa vero curiositatis effet, regula aliqua naturam
convenientia generaliter definire, ad quam deinde species & quæ-
stiones singulæ examinentur. Ipsius enim vocabulum, conve-
nientia, adeo obscurum & ambiguum est, & tam late patet, ut ne-

sciām quōmodo explicari possit, ac proinde dubitem an idoneum sit ad rem gravissimam, qualis est fundamentum & natura totius Juris, indicandam. In §. 10. n. 5. cap. 5. lib. I. dicit quidem: *talem esse malitiam quorundam actuum comparatorum ad naturam sana ratione utentem, ut sunt esse rerum & proprietates eorum*; sed non indicat, quomodo actus comparati sint cum natura rationali. Nisi quis id velit ex eo colligere, quod sicut se habet proprietas rei ad esse ejus, ita malitia se habet ad actum comparatum ad naturam rationalem. Sed hoc aliud est. Quærimus enim quomodo comparandus sit actus, ut malus vel bonus appareat: malitia deinde vel bonitate apparente, certum est, illam esse proprietatem actus. Quod distinctionis gratia observandum.

*An actibus in-
fit moralis
turpitudo.*

§. 40. De actibus illis notandum est, Grotium in ea opinione esse, quasi illis insit moralis quædam turpitudo, ut per se sint illiciti aut debiti, ideoque a DEO necessario præcepti, aut vetiti. Injuria in veritatem & Autorem me committere majorem non posse putarem, quam si dicarem, eum velle, uti verba ejus præ se ferant, aliquid turpe vel honestum esse per se, *antecedenter conve- luntatem DEI*, quod veterum aliqui crediderunt. Nihil tamquam falsius excogitari potest, si ut dixi, verborum sonum sequamur. Nec est, quod majorem omniam rerum ignorantiam sapiat, imo stupiditatem, quam hoc ipsum asserere. Qui enim DEI nomen, & qualemcunque ejus descriptionem audivit, si cogitare nequit, Deum vel inconstituendo, vel lanciendo, vel promulgando jure, spectasse, honestum, vel turpe quid per se, & antecedenter ad suam voluntatem tale, quod præcipere & retare necesse haberet, & ideo vetaret aut præciperet, quia honestum aut turpe esset. Monstrum id esset opinionis, quod ne quidem refutatione dignum habendum, nec ulla commoda interpretatione corrigi aut emendandi potest. Grotio igitur hæc opinio adscribenda non est, etiæ negari nequeat (verbis enim sat apertis id profitetur) eum statuere aliquid per se honestum aut turpe, & ideo a DEO præceptum aut vetitum esse. At hoc nec absurdum, nec improbandum

*Wimp. 11.
xxviii. 11.
xliii. 11.
Annot. 11.*

si recte intelligatur: idque ad multa mysteria juris Naturæ intelligenda omnino necessarium videtur.

§. 41. In eo non assentimur Grotio, præceptum vel prohibic-
tionem divinam, & constitutionem Juris adeo separandum esse, ut
ut exiliare oporteat, alio tempore vel actu existisse aliquid ho-
nestum per se, & alio tempore atque actu hoc vel illud præceptum sint separan-
te a DEO & vetitum. Ita enim occasio præberi posset alicui, da-

qui rerum naturam parum perpendit, existimandi, quasi etiam antecedenter ad divinam voluntatem quid honestum sit. Dicit enim in definitione, *inesse moralē turpitudinem* Sc. ac consequenter ab auctore DEI talem actum vetari. Quasi prohibitiō DEI sit consequens turpitudinis, & hæc prohibitionem sequatur. Unde etiam in commentatiis verba Grotii explicantur, quod actibus inhærens bonitas vel malitia *omnem voluntatis dependentiam excludat.*

§. 42. Ceterum iacesse rebus, ut Grotius contendit, turpi- *An rebus insti-*
tudinem & honestatem quandam concedimus: sed videtur illa turpitudo me-
quantum ad originem, magis forte latere in rebus, quam in actis- *rebus, ut Grotius vult: ob rerum arcu turpitudinem, actu quo-*
que iisdem qualitatibus affici. Id quidem perinde esse dices; si
doctrina species veritatem nos quoque si quis velit, id concedimus:
multum tamen discrimen illud facere patet ad juris principia
intelligenda, atque ad evitandas difficultates, quae illis superanda
sunt, qui defendunt aliquid per se bonum aut malum esse, nec
principiendo & vetando demum bonum aut malum fieri. Neque
etiam hæc sententia repugnat illorum opinioni, qui dicunt aliquid
principiendo demum & vetando fieri honestum & turpe, ac pro-
inde utraque sententia necessario retinenda est veritatis cupido.
Conciliari vero & intelligi ex vulgaribus opinionibus, aut princi-
piis non possunt: nisi forte quis contentus sit ea responione,
quam ex paulo ante dictis potest colligere, quæ & vera & recta vi-
deantur.

S. 43. Hac tenus de primo, quod §. 36. obscurum esse diceba. Quid sit turpimur. Sequitur alserum, quid sit turpitudo & necessitas moralis: tuto est nequa illa sint, & quomodo orientur, fateor me nescire, nisi qua-
tenus

*lis obscurum
est.*

tenus sensus communis me non minus, quam omnium literatum ignaros docet circulum illum; turpe esse, quod non est faciendum, & faciendum non esse, quod est turpe, quod non convenit cum natura rationali: item, necessitatem esse, quod quis debet vel non debet facere. Si autem queras, quid sit illud *debet*, dicam quod est necesse, &c. Quantum ad necessitatem, id ex definitione Grotii observandum & colligendum; quod necessitas obligationem vel inferat, vel supponat, vel includat, vel sit ipsa obligatio. Et si necessitas in eis actibus, ut Grotius ait, videndum nobis est, an & obligatio insit actibus. Supra enim, ubi sit, & qualis illa sit, dubitavimus. Ita alias loquimur, obligari nos ad actus aliquos, vel non. Et ita dicendum esset, turpitudinem quidem inesse actibus, necessitatem vero consistere in omissione actuum turpium, nullam vero inesse actibus. Quomodo ergo haec se habeant indagandum. Neque enim perinde videtur, quomodo loquamur, ubi disciplinam constitutus subnixam demonstrationibus, artemque profitemur Philosophiae, quae inter omnes disciplinas, quae sunt, primus locus merito debetur.

Quomodo De- §. 44. Id monere necesse non est: nos cum turpe quid us dici possit, ponimus, etiam honestum simul ponere. Sunt haec con-necessario quid traria: quorum unum si negamus, alterum affirmamus. Quae praecepisse, vero est illa necessitas, qua DEUS ducitur ad præcipiendum & vetandum honestum & turpe? Dicit enim Grotius. ideo a Deo necessario præceptio, aut vetiti intelliguntur. Estne eadem cum illa, qua nos ducimur, an diversa? Eadem certe non videtur esse cum nostra, propter immanem differentiam, quae est inter DEI & nostram essentiam, & forte propter alia, quae hinc fluunt. Si igitur diversa est, quodnam est discrimin inter necessitatem DEI & hominum? Utitur vero Grotius eodem vocabulo necessitatis. Hac igitur discernenda sunt ne verbis decipiatur: vel si una est eademque necessitas, utilissimum foret eam recte intelligere: ostenderet illa nos arctius cum eo etiam in hac materia Juris conjungi, si eodem modo necessitas nos teneret ad honestum sequendum; quo DEUM tenet ad honestum illud præcipiendum. Et si hoc, an fallum esset id, quod

quod Grotius in Prolegomenis docet, *jus fore eti* DEUS non esset.

§. 45. Si enim DEUS non esset, quod sine scelere dici nequit, rebus tamen & cibisque nostris, juxta Grotii effatum, *An turpitudo moralis turpitudo inesset*, Cum illa adesset, DEUS consequens suerit ante prohibitionem, auctor DEI prohibitionem, adeo ut excludat omnem dependentiam voluntatis divinæ: quod ab aliis additur. Jam autem plures negant id, quod Grotius assertit, non sine gravissima censura. Ergo dicemus nullam inesse actibus moralem turpitudinem, sed turpe ideo vetitum intelligi, quia prohibitum est a DEO? vel turpitudinem quidem inesse actibus, non vero prohibitam aut veritatem intelligi, antequam DEUS prohibuisset? Utrum quis eligat, mihi quidem perinde est; videbit autem neutrum destitui maximis difficultibus. Si quis prius sequatur fatendum erit, DEum in prohibendo vel habuisse rationem sapientissimam, vel non habuisse, sed ex solo arbitrio suo Jus statuisse. Posterior nemo opinor affirmat. Prius ergo manet. Quam vero rationem habuit DEUS sanctitatem ne suam summam? ad hanc recte quis provocat. Nam & Gentiles dixerunt Jus esse summam rationem iuris. Quo autem modo innoteſcit nobis sanctitas illa divina? debet enim tale quid ponи: nisi rationi nostræ dicamus connatam esse facultatem in piciendi sanctitatis divinæ archetypum, quod absurdum. Ergo ex creatione mundi statuimus de sanctitate DEi creatoris. Sed ita sanctitatem DEI in creatione rebus nescio quibus impressam esse oportet; vel imaginem sanctitatis divinæ alicubi existare in rebus creatis. Si hoc certum est inesse rebus moralem turpitudinem, vel sanctitatem. Si hoc falso est, quod diximus, falsa quoque erit sententia Grotii affirmantis actibus nostris illam inesse; non rebus.

§. 46. Sin autem posterior eligas, per præceptum de An per preceptum turpitudinem & honestatem præceptam & veritatem intelligi, quaro unde res acceperint turpitudinem illam & honestatem, quæ præcepta non sunt, nec verita ante præceptum vel prohibitionem? quam naturam habeant? quis intelligeret aliquid esse

esse turpe, nec tamen vetitum, & vicissima? quid honestati superaddidit Deus per præceptum? forte ut lex sit, & nos obliget? recte. Sed dicas in definitione, turpitudinem indicari ex convenientia & inconvenientia cum natura rationali. Ergo cum natura rationalis simili aderat, cum reliquis rebus creatis, convenientia etiam actuum cum natura rationali aderat, sine obligatione tamen. Ita est. Cum vero convenientia ex sensu & usu communi indicet consonantiam, vel ut quædam res simul stare possint amice, nec sibi repugnant, ita ut unum alterum tollat; inconvenientia autem pugnam indicet rerum, sequetur pugnam aliquam fuisse inter res quasdam sine lege, id est, ut nec pugnare nec contraria esse debuerint: item fuisse convenientiam, sine lege tamen; hoc est, ut nulla inter illas debuerit esse harmonia, nec amicitia, nec simile quid: & per consequens tum fuit & non fuit simul convenientia & inconvenientia inter *actus & naturam rationalem*, & consequenter nec turpitudo, nec honestas moralis.

Quando præceptum illud quando & a quo tempore illud præceptum existere incepit?

existere ceperit num ante hominem conditum, an post eum? Ante hominem conditum adfuisse probabile non est, quia homo, cuius gratia id dandum fuit, non aderat, &c. An ergo eo tempore erat turpitudo quædam? In actibus hominis nulla esse poterat, quia nondum existebant. An ergo rebus inerat turpitudo cum homo nondum esset? probabile enim est, etiam rebus aliquam inesse, ut supra dictum. An vero nullo modo id dicendum, quia natura rationalis non fuit, cum qua comparatio actuum facienda erat? vel an falsum est, comparationem solum faciendam esse inter actus & naturam rationalem, non vero & cum aliis rebus? vel an Jus supponit necessario existere naturam rationalem, quæ Jus intelligat, eo utatur, illique subjecta sit, sine qua Jus nihil sit?

an post hominem conditum? J. 48. Si demum homini condito præceptum illud Dei datum est, probabile videtur in momento illo, quo vivus & rationalis compos existere cepit, et id datum esse: ne dicendum sit, illum

lum per aliquod tempus jure caruisse, & tamen ratione usum; unde rursus innumeræ emergerent difficultates. Si id verum, vel probabile est, exstiterit sine dubio Jus, antequam peccaret, cum intelligereret in statu integratæ omnem rerum convenientiam & disconvenientiam. .. Quid autem opus erat eo præcepto tum, quando perfecta ratione prædictus homo sua sponte ferebatur ad id agendum, quod rationis esset, & intelligeret etiam necessitatem honesti rebus & actibus inditam, nec non turpitudinem? neque etiam eo opus erat post lapsum, quia licet perfectam rerum omnium convenientiam non intelligat, aliquid tamen capit: Ratio quippe ejus semper convenientiam rerum sequitur pro suo captu. Vera autem convenientia rerum & naturæ rationalis, præcepto illo etiam posito, ne innotescit quidem propter rationis infirmitatem. Non potest ergo pro præcepto haberi, quod præceptum esse illi non apparebat. Quod autem præceptum esse intellexit, in eo præceptum illud aliquem usum habuisset. Quomodo hæc igitur se habeant, difficile est dictu.

§. 49. Nihil prætereundum, magis necessitatis esse, ut *Quomodo tradantur modi, quibus præceptum illud hominibus innotescit. præceptum id Sciendum etiam an præceptum illud facilius an difficilius innotescat, quam ipsa turpitudine actibus inhærens. Videtur certum, sciat homini multa convenientia naturæ rationali, quæ non sunt præcepta. bus.*

Quo itaque modo distinguemus convenientiam illam præceptam & non præceptam, imo, quod magis est, prohibitam? Evidens enim forte quis dicet, non omnem convenientiam decere naturam rationalem: imo dari quandam convenientiam prohibitam, seu turpem: et si id prima fronte videatur absurdum. Sola igitur convenientia illa, quæ Jus ingreditur, in præcepto est, non quælibet. Si quis igitur responderet, ex eo præceptum intelligi, si quid cum natura rationali conveniat, illenon satisfaceret, nisi regulas & modum posat illi convenientia, atque naturam ejus describat & limites, & quidem in thesi, ut ita dicam, non in hypothesi solum, ut aliquam fingat pro libitu & passionibus suis in casibus obvenientibus.

§. 50. At quæ hic rerum confusio & perplexitas? quæ di- *Mukatrica*

O dubia sunt disciplina certitudo? quæ evidētia? quæ ars? quæ rationis nostræ in Jure Naturæ. p̄verſitas & corruptela, quæ omnia turbare, ex vero si quod hic est, falso m̄ exsculpere, quæ recte se habent, p̄vertere, & nativam veritatis faciem non magis cernere potest, quam cæcū soleim meridianum? quæ difficultas in rebus tam variis iisque contrariis componendis? adeo ut illis in ordinem redigendis nulla ratio appareat, & melius forte videri possit, abstinere plane ab ejusmodi tricis & nugis, quam tempus in illis legendis, non dicam perpendendis perdere.

que omnia solvenda sunt. §. 51. Sed ad scientiam boni & mali properantibus, ad cognitionem justi & injusti tendentibus, artem Juris profitentibus, ita ut omnia scire velint videri, hæc via calcanda, hæc nugæ evolvendæ, hæc rædia devoranda sunt, & aurum e squalore & scecia, quibus tegitur, erendum. Cui enim illa felicitas obtingit, ut putam veritatem sine fuso, fallaciis, & falsitate sub specie veri admixta videret? Aut igitur illa cum his habenda, aut hæc cum illis dimittenda sunt, ut Comicus ait.... Ut hæc rædia sunt illi, qui de his rebus dubitat, in iisque hæret veluti mus in pice, ita jucunditatem maximam habere videntur veritatem intuenti, eique uberrimam rerum & sapientiæ divinæ cognitionem præbent. Maxima pars rædii & difficultatum oritur ex vocibus non latius apud, & ad actuum humanorum similitudinem formatis, atque ad Naturæ simplicitatem applicatis. Hinc non possunt non immensæ difficultates, infinitæ quæstiones & dubia indissolubilia oriri, nihil vero solidæ cognitionis. Optandum esset ut simplices Naturæ vias intuentes, sine fuso & ea simplicitate eas describerent, quæ Naturæ rerum æqualis est. Faciunt id pictores, nos quoque idem facere æquum est. Nihil addendum, nihil detrahendum. Nisi hoc fiat alia oritur rerum facies, Non patitur rerum Natura ad nostros conceptus se formari. Manet illa abscondita in tenebris ambulat, quicquid nos dicamus, quidquid augemus. Non vult videri, nisi a filiis suis.

de definitione §. 52: Addamus adhuc superpondii loco alia, quæ adhuc *Juris Naturæ observanda videntur ex Commentariis, circa definitionem a H. Grotii.*

Grotio redditam, de qua haec tenus egimus. Afferitur itaque definitionem Grotii innumeris aliorum definitionibus præferendam esse, quod optime Juris sive legis energiam atque essentiam explicet. Ego quin bona sit & vera non dubito; an vero ad essentiam juris Naturæ explicandam sufficiat, in medio relinquo. Crediderim H. Grotium, virum omni laude superiorum, illam descriptionem ad finem, quem sibi proposuerat, sufficientem judicasse, eaque, quæ addi vel subintelligi debent, Lectoribus pendenda seu eruenda reliquisse.

S. 53. Cum igitur Grotius in dicta definitione vocabulo *Vox dictatum dictati* utatur, supra nullum monitum, non sine justa causa quos-^{an} denotet a-
dam notasse, vocabulum illud esse admodum ambiguum & obscurum.
scrum. Aliter enim id videri nequit illis, qui in hoc studio clara-
& perspicua exigunt; ut ex sequentibus apparebit. Negari enim nequit *dictatum* denotare actum transcendentem. At Jus Na-
turæ non est ens transitorium, nec actus, sed perpetuum quid &
permanens. Non inanis est hæc objectio. Nec satisfacies, et
si commoda explicatione dubium tollas. Manebit enim defi-
nitionem saltem videri obscuram, arteque præterea opus esse, u-
actum aliquem cum Jure concilieas.

S. 54. Licet enim dicas Jus Naturæ ideo dictatum dici, *an doctrinam*
quia sit institutio & doctrina ejus, quod facere & declinare oportet, a recta ratione profecta: adeoque nihil aliud esse quam re-
etum animæ conformatum judicium, nos informans de eo, quod
Leges Naturæ exigunt. Dictatum enim esse institutionem & do-
ctrinam alicujus rei vel disciplinæ. Licet igitur ita hanc rem ex-
plices, me tamen non monente appareat, hac ipsa explicatione
rem magis confundi, & dubium adhuc manere. Nam institutio
etiam est actus; vel, si quis id non velit, patet tamen ambiguum
explicari per seque ambiguum. Addendum enim rursus *insti-*
tionem accipiendo esse pro doctrina: At vero nec vox *doctrina*
an *huc pertinet*. Consideramus enim Jus, uti in Naturæ positum
jacet, idque ibi querimus & cognoscere ac eruere volumus, &
proinde indicare, quid illud sit. Quod si deinde id erueris, &
in artem redegeris, tum potest Tibi doctrinæ videri ab hominibus
explicita.

Jus potest considerari ut in mente, & ut extra mentem hominis.

§. 55. Potest una eademque res variis modis considerari, qui nunquam miscendi sunt. Videndum ergo an ius possit & debat considerari tanquam *ens quoddam*, quod a natura constitutum extra mentem hominis existit in Archetypo suo, sive illud sit rerum Natura visibilis, sive divina ratio, vel sanctitas: deinde ut est in mente hominis Jus illud percipientis. Jus enim, si consideres hominem mente captum, vel furiosum, vel gentem maxime barbarem, potest separari a mente & ratione ejus, ita tamen, ut alicubi existat. Idem est, si Jus consideres, ut id ex contemplatione totius Naturæ (quod multi vel omnes admittunt) hauriendum est homini illius ignaro, vel in totum, vel pro parte, quod omnibus contingit. Neque enim uno momento totum Jus intelligimus. Ibi igitur Jus non est dictatum rationis, nisi *potentia*, quatenus homo (in genere & abstracto consideratus vel natura humana) aptus intelligitur ad id percipiendum, et si forte omnes non sint apti. Sic aliud est res, quam videmus, aliud *imago ejus*, quam res visa relinquunt in animo. Licet etiam uno momento totum oculis cerneremus, simul ac ratio nobis addeat, eadem tamen distinctio observanda esset. Quando enim homo se ipsum videt, cernit se illo momento, quo oculis uti incipit. Videt se ipsum videntem. Differt tamen objectum visus, quod est ipse homo, a sensu visus & imagine, quam de se sibi format per visum. Sic ratio intelligit se ipsam, intelligit Jus sibi datum, idque in sinu suo fovet. Differt tamen ratio & Jus: & proinde obscure dicitur, Jus esse dictatum rationis. Sic enim affirmas quid esse, quod ratio aliunde percepit, non vero ostendis, quid illud sit.

*An ratio statu-
instrumentum
aut Legisla-
tor?*

§. 56. Ratio enim potest considerari, ceu *instrumentum*, quo Jus arripiuntur: atque hoc pacto Jus esset aliquid, quod communio instrumento comparavimus &c. veluti si dicam, circumlocutum esse id, quod circino perfecimus, vel avem esse id, quod plaga vel rete capimus. At dices, vocem *dictatum* genus continere: proinde dici, quod sit *dictatum*, indicans abusus alicuius turpititudinem ex convenientia &c. Recte: Sed tamen etiam sic dicitur turpitudinem indicatum Tibi esse a ratione velut instrumen-

to ex convenientia &c. Hæc enim est Causa, obquam dixi, definitionem illam summis difficultatibus implicitam accurata & prolixissima egere explicacione. Vides autem, quales hic sint ambages, & triæ. Jus est dictatum rationis, i. e. Ratio colligit Jus, sive aliunde, sive ex propriis principiis sibi ineditis. Igitur quantum ad hæc principia, ratio ipsa est jus; quantum ad altera illa, ratio non est Jus, sed instrumentum. Nec solum Jus est & instrumentum, sed & legislator & dictator ejas. Dictat enim sibi ipsi & aliis, quos docet. Insuper est dictatum ipsum. Atque ita dicendum esset, rationem se ipsam quodque obligare, & cogere ad sequendum id, quod dictat. Sed hoc absurdum. Quanobrem non intelligo, quomodo de una ratione tot & tanta prædictari possint, aut debeant. Hinc inelius forte diceretur, dictatum DEI, vel Naturæ, quod mediante ratione percipitur, in rebus expressum. Si vocum ambiguitas vitaretur: modo explicetur, quomodo sit dictatum DEI, & unde colligatur id existere; quod an explicatu facilius sit, dubito,

S. 57. Habet etiam speciem, quod Osiander objecit, dictatum videri quid posterius Jure Naturæ, quia dictatum supponat causam dictantem. Et sic Jus Naturæ esse dictans, non dictatum. Actum vero juri conformem esse dictatum. Nihil autem respondes, si dicas, dictatum rectæ rationis diversum quid esse a Jure Naturæ, adeoque eo non posterius: omne quidem dictatum supponere causam; errare tamen cum, qui putet Jus Naturæ esse dictans bonum, cum dictare sit officium animæ rationalis; nisi velimus Jus Naturæ, quod dictatur ab anima, sive recta ratione tanquam principio agente, confundere cum ratione ipsa dictante, quod idem esset, ac si quis vellet causam & causatum unum idemque esse. Mihi si optio detar, mallem cum Osiandro statuere, dictatum esse posterius Jure: & Jus Naturæ esse dictans; idque dictare actum conformem patrandum, non patratum. Hoc enim sensu, non accipimus, quod dicit, actum esse dictatum. Illius opinio magis respondet naturæ rerum illarum, de quibus loquimur: quamvis sciam omnes illas voces, esse veram causam confusionis, ignorantia, & obscuritatis, que est in veris principiis Juris,

atque perinde esse, utrum putes, Jus esse dictans, an dictatum, modo rem ipsam recte intelligas.

Quomodo Jus Naturae sit donec etiam in animo nostra cognitio, examinandum est etiam in verum sit, dictatum rationis esse diversum quid a jure Naturae.

§. 58. Sed tamen, quia ab opinionibus hominum plerumque pendet omnis nostra cognitio, examinandum est etiam in verum sit, dictatum rationis esse diversum quid a jure Naturae. Nescio quomodo is, qui multis verbis ostendit jus Naturae & dictatum illud esse unum idemque, atque hanc esse sententiam Grotii, possit deinde affirmare, dictatum illud a jure Naturae esse diversum. Sed quidquid sit, crederem illa natura esse diversa; plane uti diversa est res & imago ejus in speculo. Quod si dicas, dictatum esse institutionem & doctrinam ejus, quod facere vel declinare oportet, a recta ratione profectam; atque ita nihil aliud esse, quam rectum animae conformatum judicium; nos informans de eo quod leges naturae exigunt; tum Ius Naturae & dictatum illud possunt, pro eodem haberi, sed alio plane sensu. Nam jus potest dici doctrina & institutio, eadem jure, quo illud auctor dicitur, idque Jus etiam in animo nostro est rectum judicium de bono & malo. Apparet autem, quod toties diximus, vocibus illis, quae yariam, ambiguum, & sepe nimis latam habent significationem non posse naturam Juris Naturae designari, nisi umbram velimus captare. Deinde ex dictis constat, quam parum provide, accurate & constanter vocibus illis utimur.

Objectio.

§. 59. Movetur in contrarium: antecedenter ad jus Naturae non dari rectam rationem, sed rectam rationem esse per ipsum jus naturae: immo jus Naturae esse rectitudinem rationis: adeoque sequi, ratione nostra esse principium dictans, Jus vero dictatum. Non absurde haec dici puto. Potest enim jus antiquius statui ratione, & sic non est posterius, sed dictatum ejus. Atque evidentissime committitur circulus, dum rationis norma sine dubio ponitur esse jus, & juris norma recta ratio. Responderi potest: Antecedenter ad jus Naturae dari rectam rationem: Quia rectitudinem rationis vocamus illam optimam animae dispositionem & propensionem versus ea, quae cum primis honesti principiis converniunt, vel cum ipsis principiis convenientiam, nullo judicio, sive mentis discursu inter diversa objecta discernentis adhibito. Cujusmodi

modi dispositio non lex Naturæ dicenda, sed honesti & justi principiis sive divinæ voluntati congrua & consentanea inclinatio.

§. 60. Si hæc recte intelligo, dicitur, rectam rationem *An recta rae esse optimani inclinationem & propensionem animæ virtus honestum & justum. Quæ inclinatio non sit lex Naturæ. Concluendum igitur exinde dari rectam rationem antecedenter ad Jus Naturæ. Nam inclinatio illa prior est jure! Quid hæc ad rem faciente, non satis video. Näm (1) ratio tunc fumitur pro inclinatione animi, novo sensu. Nam alibi dicitur rationem esse eam, quæ convenit cum prius honesti principiis, quæ reliqua sunt post lapsam. Aliud vero est convenientia, & aliud inclinatio. Quia nemo est, cuius ratio inclinet ad omnia principia honestati convenientia (2) et si concedamus, rectam rationem esse inclinationem: inclinatio tamen non esset prior Jure, sed Jus deberet ut prius considerari, ad quod animus inclinat, vel saltem deberet, ut simus existens intelligi. Impossibile enim videtur rationem hominis existere ante res creatas: vel inclinationem esse sine re, virtus quam inclinatur. Et sic neutrum, neque prius, neque posterius esset. Manet ergo difficultas, quæ non nisi ex vocibus & conceptibus iuri non congruis oritur.*

§. 61. Notandum etiam, quando ad rationis rectitudinem demonstrandam, dicimus, primorum parentum lapsum non delevisse in nobis omnia divinæ imaginis vestigia, quin supersint adhuc quædam ejus rudera, ad quæ examinari possit, quid faciendum sit homini, & quid declinandum: notandum, inquit, hæc rudera non sufficere ad rationis rectitudinem. Vix enim sufficiunt ad vitæ necessitates, & cultum, nisi multo labore, industria eruantur, & colantur &c. Et licet in promptu sint omnia, non tamen sufficiunt quia illis abuti potest homo, & vel plane non uti, vel non recte uti. *Omnes quippe controversie de jure exinde oriuntur, quod incerti simus, quomodo & quo loco honesti principia applicandas sint. Fare fit, ut alias rationes ponat pro principio, alias bellum &c. Illæ igitur reliquæ rationis, si verum dicendum, sunt nullius momenti, & ad totam juris perfectionem consideratae, exigui usus.*

sus. Alias enim dicendum esset omnes homines indistincte, perfectam disciplinam Juris Naturæ intelligere sine institutione: quod tamen falsum. Eam enim nescio an satis intelligent, qui multum operæ in eo investigando collocarunt,

An dictatum sit Lex a ratione, tanquam causa, productam, id mihi valde obscurum one profecta. videtur: cum non intelligam, quomodo ratio tanquam causa, possit sibi ipsi legem producere. Rationem quidem legem ab alio positam vel ex parte, vel in totum recipere posse, credibile est: sed legem ponere per rerum naturam nequit. Ratio quippe, si quid potest, nihil aliud hac in parte potest, quam id, quod pictores faciunt. Illires creatas depingunt vivis coloribus: ratio jus depingit & describit; an autem veris coloribus, nescio.

An ratio habet vim obligandi, non a voluntate Legislatoris, sed necessitate quadam morali, inaudita fine legitimam meis quidem auribus est. Ius & justum cum omnes apprehendamus sub specie legis, eaque non possit intelligi sine auctore, etiam hauc juri Naturæ addere necesse est. Quia etiam obligatio supponit aliquem, qui obliget, & facultatem obligandi habeat, ideo hæc etiam alius illi querenda, non vero ex ipsa ratione petenda est: nisi velimus rationem se ipsam obligare posse, quod pauci credent, vel nemo. Perpetua quippe relatio est inter obligantem & obligatum. Deinde cum in sequentibus dicatur rationem esse jus, non satis mihi liquet, quomodo jus se ipsum possit obligare.

Recta ratio sequitur Le- §. 64. Recta ratio tota imbuta est lege, si non ipsum jus sequitur. Ergo ipsa, qua talis, non potest aliud, quam legem sequi. Neque enim potest ratio esse non ratio. Quid ergo illis præstat obligatio, qua obligatur ad agendum, quod est rationis, & sibi proprium, imo essentialis. Nescio quæ sit necessitas illa moralis, a qua obligatio venire dicitur, & quomodo illa boni & mali Naturæ inhæreat. Si bonum tantam necessitatem habet, necessario etiam existit, ut DEUS. At si malum, ut dicitur, eandem necessitatem admixtam habet, eadem neces-

sciat exstittit, quod sine blasphemia non potest cogitari. Si regeras, necessitatem ideo inesse bona, ut ab hominibus observetur, malum vero declinetur, verum quidem esse videtur necessitatem, si quæ adest, aliquid operari, nec otiosam esse. Interim tamen, quæ illa necessitas sit, sic non declaratur. Et vix etiam est, ut sentiamus an necessitas quedam nos ad malum impellar, an ad bonum. Ambigua igitur & obscura sunt hæc omnia.

§. 65. Porro docemus: obligationem vetantem & præcipientem esse revera legem. Ego crediderim Legem potius dicendam esse, quod præcipit & vetat, non obligationem: atque hæc, ut accurata sint omnia, nec opus habemus innumeris explanationibus, non esse confundenda. Differunt enim Lex & obligatio ejus, saltem intellectu, etsi neutrum sine altero esse possit. Nolle me affirmare obligationem esse legem. Quid enim opus? Nec sequitur, Legis virtus est imperare, vetare. E. obligatio est Lex. Nam Modestinus in brocardo illo quo ad id, quod diximus, probandum solemus uti, dixit imperare, vetare esse virtutem legis, non legem ipsam.

§. 66. Si probas, dictatum recte rationis esse Judicium hominis, & jus Naturæ dici ex eo, quod homo habeat intellectum & voluntatem: intellectum, quando examinavit objectum, v. gr. Dei cultum dicere sibi legem naturalem, Deum esse colendum &c, tum demonstras, quomodo proposicio illa, Deus est colandus in mente nostra formetur; non vero probas, quomodo proposicio illa sit jus. Neque enim sufficit dicere, dictatum recte rationis esse Jus, sed hoc probare oportet. Modum vero ratiocinationis multo molimine demonstrare, non est necesse: quia omnes eum sciunt. De duabus illis facultatibus, hominis nihil dicere attinet.

§. 67. Addamq; illam convenientiam cum natura rationali nihil aliud esse, quam conformitatem voluntatis humanae cum impressis principijs honesti. Convenientia ergo, quo vocabulo Grotius utitur, hoc pacto exponitur per conformitatem, & pro natura rationali, quod idem Grotius habet, hæc substituuntur, impressa nobis

Lex & obligatio differunt.

Dictatum recte rationis esse Judicium hominis.

Quæ sit convenientia cum natura rationali?

nobis principia honesti & decori. Itaque dicitur: rationem dicere ex convenientia cum principiis honesti, actui aliqui inesse turpitudinem &c. Principia honesti sunt sine dubio principia rationis, vel certe principia ei non repugnantia. Ergo, ratio dicatur ex convenientia cum ratione ipsa actum aliquem esse bonum vel malum. Miræ ambages. Cur non dicimus impressa illa principia honesti (si verum est dari quædam impressa) esse Jus Naturæ: hominemque singulos actus examinare secundum illud Jus. Circulus committitur modo sati ridiculo. Quærinius, quid Jus Naturæ, i. e. quid honestum sit? Respondemus, quod ratio indicat ex principiis honesti, vel quod ratio indicat ex natura rationali. Idem est, ac si dicamus, honestum esse honestum, vel rationem honestam ex principiis honesti deducere. Sic in verbis ludimus. Rationale idem esse homini dicimus, quod honestum, Sed utrumque obscurum est, & de eo quærebantur, an idem sit. Interim nescimus omnes, quid sit Jus, quid honestum, quid ratio, quid principia honesti. Si hæc plantarent, salva res esset: imo ne sic quidem.

Grotii definitionem recte explicandam offr.

§. 68. Ostendendum erat, quomodo definitio Grotii, & singula ejus membra ab omni contradictione liberari possint. Deinde quo pacto hæc conveniat primo, simplici & purissimo illi juri, quo nihil prius, nihil antiquius extat, quod fons est omnis humani juris, & ipsi honestati, ejusque principiis ortum reddit. Quando enim Jus Naturæ in eo positum arbitramur, quod ratio ex convenientia cum principiis honesti statuit; tum honestum aliquod pro fonte Juris Naturæ, illique superius quid statuimus. Quod an Jure fiat & naturæ convenienter, dubito. Credere enim Naturam ipsam esse fontem juris, nullo medio intercedente. At quando in explicandis Auctorum verbis nihil aliud agimus, quam ut verborum sonum mutemus, rebus, quas representant, insuper habitis, vix est ut mentem Auctoris adsequamur. Hic vero subtilissime indagandum, quid Grotius definire voluerit. Nisi id fiat, nihil habebimus, nisi dubia. Si Naturam perlustremus, ac videamus, quomodo illa Jus progeneret, videbimus etiam quorum Grotius oculos intenderit.

§. 69.

¶ 69. Velle ergo clarius quis demonstraret, quæ sit illa *Obscurum est* moralis turpitudine & necessaria honestas: quomodo efficat, ut *quid sit* moraliter aliquis præcipiatur aut prohibeatur. Videtur id quidem *lis necessitas*, ex eo deduci, quia bonum & malum ex Dei essentia fluat: quia Deus nihil velit, nec velle possit, nisi se ipsum i.e. bonum. Sed quomodo hæc connectenda sint, non video. Ponamus enim, bonum & justum fluere ex Dei essentia: Deum nihil velle, nisi bonum; adeoque, actus in se habere moralē turpitudinem & honestatem. Oportet ergo actibus bonis aliquid saltem inherere sanctitatis divinæ, ne aliud quid dicam: & malis actibus adhærere aliquid, quod essentia divinæ contrarium est, quod quomodo vocandum sit, nescio. Quo pacto autem aliquid sanctitatis divinæ actibus adhærere possit, non intelligo. Nec rem ipsam nego. Fieri quippe potest, ut ille conceptus de morali turpitudine habeat aliquam utilitatem & veritatem, sed optarem, ut recte intelligeremus, quid dicere velint. Autores illæ loquendi modo. Quod in corporeis rebus est pulchritudo, id quideam in moralibus est honestas inherens. Sed obscurum est, quid utrumque sit.

An ex sanctitate Dei & ideis innatis Jus intelligi posse.

¶ 70. Satis constat, Deum non imperare nisi justa & bona. Sed quid hoc ad Jus Naturæ? hoc agendum, ut clara & perspicua definitione ducamus ad jus illud cognoscendum, fontesque ejus intelligendos. Quare si dicas, Jus Naturæ est, quod indicat actus alicuius turpitudinem, vel honestatem moralē, quam actus ideo habent, quia Deus non potest velle, nec imperare, nisi positive justa & bona, nisi se ipsum, cum sit ens perfectissimum, possidens in se virtutes, quarum idea nobis est connata &c. vides Te nos alegare ad sanctitatis divinæ abyssum, ut ibi Jus videamus, & discamus quid sit: non autem doces, quomodo exinde hauriendum sit, nec manifestum aliquod indicium monstras, ex quo faciem ejus cognoscere possim, quod tamen debebas. Quærimus de Jure per Naturam cognoscendo: reliquis vero illis imaginis divinæ & ideis virtutum divinarum nobis connatis, nescio an non interdum abuti possimus ad aliquod effugium inventandum, cum responderem amplius nequeamus. Sunt enim illæ

nam exigere, ut revera ad intelligendam parum juvent. Secus si esset, omnes homines aequi, immo melius, id inteligerent, ac Papinianus & Paalus id intellexerunt.

*Jus Naturæ
esse difficili-
mum.*

§. 71. Quæ occasione definitionis Juris Naturæ prolixius forte, quam patet, & præter spem & propositum a me disputata sunt, quævis vana aut superflua putes omnia (neque enim impedio) ad id tamen tibi proderunt, ut videoas Jus Naturæ non esse rem adeo facilem, ut vulgo persuasum est, sed Philosophiam subtilissimam. Poteris etiam pro arbitrio Tuostatuere, num ad id fastigium erecta sit hæc disciplina, ut de primis ejus elementis, initis, & definitione latè constet. Similiter etiam judicabis, num Jus Naturæ ex ipsa Natura, an aliunde discendum & hauriendum sit. Vocabulum in certitudine & obscuritate, quibus in his rebus explicandis utimur, facile aliquid vel legitur vel corruptitur, vel additur, vel detrahitur, quod conceptus turbet & veritatis liquidam cognitionem impedit. Ad Naturam itaque oculi convertendi sunt, ut quod verbis vel plane non, vel non recte effertur, ad Naturæ normam folia contemplatione, quantum fieri potest, in ordinem redigatur. Vere enim ne passim offendas quædam, quæ clarius & ad Naturam accommodatius proponi optares, Cum etiam vocabulorum nullibi tanta sit simplicitas, quanta necessario requiritur, hæc etiam te multum difficultatis illi studio conciliatur. Multum quoque imputabis humani ingenii insbecillitatib; quæ non paritar nos veritatis simplicitatem vel assidue, vel affectum persequi, illaque inhærente. Quare contentum Te esse oportet illis, quæ habemus, & exacto, judicio optima quæque feligere.

Jus Naturæ

§. 72. Sed pergamus, & sub alia forma Jus Naturæ consideremus, ut si fieri possit perfectiorem ejus figuram deprehendamus. Spes enim est, difficultates, quas indicavi, cessaturas, si dicam, ligitur, Coce quod me saepius dicentem audivisti, *jus Naturæ esse voluntatem DEI facto declaratum.* Certum est, hæc facile intelligi, nec à veritate multum aliena videri; quia non minus ex verbis, quam factis voluntas alicujus colligi potest. Præsertim cum eo ipso, quo Jus dicimus esse voluntatem DEI, etiam fontem & auctorem Juris indicemus; nec quidquam existat, nisi quod Deus existere voluit

voluit. Unde satis patet, *Jus esso*, quod DEUS, ut *Jus esset*, voluit decrevit, constituit. Atque ita ob oculos ponimus *Jus*, ut *ia Deo ottam & promulgatum*, atque ab ejus voluntate profectum est, tanquam opus aliquid e manibus artificis & quidem sapientissimi; atque etiam in prima natura simplicitate; purum, intemeratum; hominique intellectum, & ratione adsequendum propinquum.

¶ 73. Hec hactenus videntur expedita. Nam ut dixi *Jus esse voluntatem Dei*.

luntatem DEI. Constat enim Deum mente sapientissima prædictum, omnibus rebus finem & modum posuisse, atque ita etiam boni, cœi nature rationali; constituisse *Jus*, quod observer, Conspiciendam etiam hoc pacto præbomas differentiam ejus *Juris* a reliquis Jurium speciebus. Si quod enim *Jus* per revelationem Dei tradidit, id non ex factis, sed verbis colligimus. Adeo ut sine multis ambagibus appareat, ad facta Dei respiciendum esse. Ibi enim, nec alibi quod querimus, nos reperturos spes est.

¶ 74. Id vero Te obiter notare volo, opinionem illam de *Perinde esse Jure Naturæ ex factis colligendo*, non esse novam, sed admodum *sive Jus Naturæ antiquum*. Apostolus dixit Gentes ex operibus posuisse cognoscere *re ex factis Deum esse*. Christus quoque Phariseos ad *Naturæ opera* saepius *Dei colligas*; remittit. Stoici nihil aliud inculcabant, quam *Naturam sive in ratione*, i. e. *DEI* voluntatem *naturæ operibus declaratam*. Re ne ponas, ipsa quoque nihil differt a sententia eorum, qui *Jus Naturæ in ratione* ponunt. Ut enim illi volunt *jus ex operibus & factis diuinis perceptum intelligi*: ita alii *Jus considerant ex operibus percipiendum*, niederint intellectu nostro, seu *Ratione*. Non igitur rejicienda aut damnanda est sententia illorum, qui *jus Naturæ rationem dicunt*, si nihil aliud sententiam illam oppugnat. Nam & illi, qui ad facta *DEI* provocant, opus habent ratione, ut *ex factis jus eruant*. Et qui rationem pro fundamento ponunt, opus habent factis *DEI*. Alias enim nihil haberent, quod dicerent. Quid enim ad nos pertinere *jus in factis jacens*, si a ratione percipi non posset? In ratione parat est, cuius saltem demonstratio non veniat ex factis. Grotius ita-

que licetationem ius esse dicas, ubique tamen argumentis ex factis defundis uitat, quod ius non est nisi iuris.

Neutram opinionem damnumandam esse. §. 73. **Mora ergo Logotachia est, unam sententiam alteri praeferre, vel unam condemnare ut pravam, altera retinere.** Possunt & debent ambo simul subsistere, quia non pugnare invicem. Grotius enim, ut dictum est, indefinitio Juris Naturæ profundamento substantiat rationi convenientiam cum Naturæ rationali, & quod alibi addit, sociali. Quo ipsa ad factum quo DEUS societatem inter homines constituit, provocat.

Quomodo ex factis Dei colligatur ius voluntatis §. 76. Omnes igitur difficultates, vel plurimæ, quæ supra rationi obstat diximus, obstant etiam huic sententiæ de voluntate DEI ex factis cognoscenda. Et ne illas repetamus, non infima est hæc, ut sciamus, quomodo ex factis voluntas DEI cognoscatur. Idem enim est, ac si quæras, an homo, cum ratione utatur corrupta, & natura sit juris ignarus, non egeat variis subtiliis, quorum ope cognoscat verum & sincerum Jus Naturæ. Rationi cœlum vel animæ ius innatum esse probabile non est. Et si innatum quid esset, v. gr. prima ejus principia, omnia tamen non sunt innata. Nec innata illis est facultas exacta & nunquam fallax applicandi eas quæ innata sunt, &c. Quæ igitur Cynosura, quis lapis Lydius sit, hoc loco ostendendum erat, ne oleum & operam perdamus docendo & discendo.

Cynosura quadam utendum, §. 77. Difficultatem non nullis, si dicas, facta esse lapidem illum Lydium & cynosuram. Nam experientia testatur, quotquis eorum sunt, qui ius Naturæ intelligere se putant, aliter de illo loqui, aliter decidere, aliter demonstrare, nec idem pro vero & falso habere. Illi igitur, vel ad eadem facta non respiciunt, vel aliter illa intuentur, vel alibi errant. Quod si agitur hoc evenire potest, apparent nos haec tenus carere illa cynosura, vel eadem non uti, sed diversa. At diversa esse non potest, quia unus est ius Naturæ, una id perveniendum via, una veritatis demonstranda certitudo.

An omnia facta DEI sunt infinite multa. §. 78. Facta DEI sunt infinite multa. Et incertum est, etiam DEI leges quilibet leges vim habere debeant. Ut vero Tibi constaret, gemficiant, quænam

quænam ex illis vim legis habeant, quæ non habeant? unde id probas? unum solum habes probandi modum, nempe ex factis. Ex factis igitur probabis facta quædam legi vim habere, quædam non. Oportet vero quid esse supra illa facta, quod Tibi regulam impedit, ex quo petas, quid ex illis pro regula habendum sit, quid non. Vel si ex ipsis factis id probatur es, certum esse videtur, id, ex quo hoc probas, que jus esse ac reliqua, vel lastem partem ejus. Facit enim ad discrimen inter id, quod Ius est, & quod non Ius est, intelligendum. Quod si vero id facis, jus Naturæ probas ex factis, & facta ex iure discriminas: atque ita tel in circulo jus queris, vel mirum statuis juris Naturæ ordinem, qui qualis sit, non facile explicari, nec intelligi queat.

S. 79. Sed non solum infinita sunt facta DIL, sed & Facta varias quodlibet factum infinitas admittit considerationes; quarum *admittere singula jus faciunt* (quod sciunt, qui capiunt) iliaque ut *considerationes plurimum specie similes*, re ipsa autem dissimiles sunt. Quia nesciunt arte illas similitudines distinguere, ne eas confundas & easdem putares? quia arte cavebis, ne in immensiæ factorum humanorum & casuum varietate, secus ac oportet, judices? Nam ut in Musicis dantur dissonantie, ita & hic. Quid igitur si injuriam capias, pro Juris regula? quod sorte innumeris locis factum esse sequis putaret.

S. 80. Et quid fieri, ubi ad decisionem infinitatum circumstantiarum consideratione opus est? Id enim intedum contingere multi casus obvii docente. Quomodo cavebis ne unam e manibus dimittas? Hac enim amissâ tota regula vitiatur. Quomodo efficies, ut scias, hanc circumstantiam attendendam esse, illam non, & quidem ita ne erres? Sunt enim, quæ facili negotio discerni possunt; quædam vero non item, sed prudentissimos fallunt. Nihil recte, quod ad rem facit, omittendum. Minima enim, quæ adduntur vel detrahuntur, ad quamvis figuram mutandam sufficient. Idem est in jure. Nisi regulam habeas, qua hæc perficias, nescio an factis tuto possis ex factis voluntatem DEI colligere.

S. 81.

Totum Jus paucis verbis quo nitiuit, facie nimiriū, sic variū, multiplex, incertum, includi non obscurum, infinitum, quis exitus hic inveniri possit, & quid posse.

§. 81. Cum igitur ratio sit fallax, cum fundamentum, paucis verbis quo nitiuit, facie nimiriū, sic variū, multiplex, incertum, includi non obscurum, infinitum, quis exitus hic inveniri possit, & quid posse. Hoc, de qua loquimur, juris definitione consecuti simus, non satis patet. Rechte quidem persuasus es, dari aliquos modos a peritis traditos, quibus jus ex factis probari possit: sed merito dices scintillas forte alias elici, an autem verum, totum & omnibus suis partibus absolutum illarum ope investigari possit, admodum dubium videtur. Totam juris divini (vere enim divinum est jus Naturæ) sapientiam quatupor vel quinque dicteris, quæ in vulgo sunt ore, latere, nescio an sine pudore asserere possim. Valde dubitaverim tanto compendio totius juris ordinem & infinitarum ejus partium varietatem innotescere. Id vero certum non minus, quam exploratum videtur, solos probandi modos, sine aliis administriculis, divinam voluntatem non declarare, sed a jure ad injuriam nos abducere. Et est aliquid, quod jus per modos illos probandi constitutum negat esse voluntatem DEI, sed ut injuriam condemnat.

Plures dari id probandi illis meliores & perfectiores. §. 82. Probatione etiam satis clara eget, non dari modos, qui satisfecerit, illum recte officio suo functum esse non dubitaverim. Nec hoc solum probare sufficit, sed & illud, non dari plures probandi modos, & jus obviū satis & facile esse, quod paucis verbis comprehendendi, & in pauca capita redigi possit: cuius tamen contrarium experientia docet in omni jure Civili.

Dari etiam facta contra-vestigantes, quod facta illa non solum obscura sint & plena dubitationis, ut vera eorum facies inspici non potuerit, sed etiam inter se contraria videantur. Quid autem pro jure hic habendum sit, apparere nequit, nisi demonstretur, in quo contraria illa facta convenient, & an tendant ad unum finem: vel aliquid esse, quod illa conciliet, & ad concordiam redigat. Haec vero concordia admodum difficilis est inventu. Cui enim contraria exitum & locum habeant in universo

niverso, ubi invenies exitum illum? ubi quares? Produxit Natura medicinam, qua morbi profligentur; produxit & venenum ad citæ mortis exitum. Possunt tamen & venena in præstantissimam medicinam converti. Quemadmodum igitur illa in aliquo conveniunt, ita & contraria facta probabile est in aliquo uniri, quo conciliari possint. Quale vero id sit, & unde innotescat, nulla arte dignoscere licuit. Interim tamen summa nobis exinde detrimentum & maximus error metuendus est, si ex ejusmodi factis colligamus, quod non decet.

§. 84. Omnem igitur rationem ex factis jus colligentem *Ex factis juris difficillimam reddit, quod regula careamus, qua infinitam re-* colligere difficultate esse. *rumi & factorum immenitatem in unam & perpetuam harmo-* niam redigamus. Neque enim credendum est, jus ex factis tam facili negotio colligi, ut lapides ex arena maris colligimus; vel nihil aliud exinde exprimi posse, quam jus, ut ex uvis vi- num exprimitur. Quamvis etiam ex factis regulam colligi dicas, ibi tamen queris medicinam, ubi morbum sicut esse nosti. Quod licet fieri posit, (naturæ enim arcana sunt stupenda, Sic venenum dicunt in se habere, quo corrigatur ejus furor) difficile tamen est, & fere incredibile: Saltem an ullibi demonstratum sit ignoramus.

§. 85. Facta quoque illa non sufficiunt ad homines de Jure *Probatio ex* convincendos. Quilibet enim sua sibi eligit facta, quæ placent, *factis videtur* & suos quisque habet modostationis, tramites, atque principia, *incerta*. secundum quæ de rebus statuit, ut experientia docet. Qui autem, vel auctoritate, vel causa fide adducuntur ad certam opinionem amplectendam, illös Jux intelligere dicendam non est, et si quædam ejus capita memoriter reneant, aut quibusdam opinionibus pertinacius adhæreant, quam alii. Ut enim illas sibi adisci- verunt, ita quoque easdem, cum videntur, dimitunt, atque ab- jiciunt. Nihil igitur illa ad certitudinem Juris faciunt. nisi forte ad hoc, ut mihi videatur probatum, quod mihi placet, non vero ut idem aliis probatum appareat. Eadem ubiqut manet incertitudo & confusio, experientia teste. Forte ex factis in- numera probare, quæ alius ex factis aliis pro Jure non haben-

da probat: manifesto indicio, non vanum esse dubium; quod supra attuli, incertum esse, an alio adhuc subsidio opus sit, ad jus ex factis colligendum.

An homo ex factis DEI possit aliquid colligere.

§. 86. Accedit, quod ex factis hominum quidem voluntatem eorum colligere liceat, quia ex propriis moribus & propria consuetudine de mente aliorum judicamus: dum perpendimus inter voluntatem nostram & factum aliquod, hanc vel illam esse connexionem & sequelam: Talia facta talem voluntatem plerumque sequi vel comitari. Quam accurate id saepe fiat non disquirimus. Solet etiam id solum fieri in dubio, cum alia indicia voluntatis certiora non suppetunt, vel etiam in odio & poenam alicujus. Sed a voluntate nostra, nostrisque moribus, vel potius stultitia, ad DEI sapientiam argumentum parum recte procedit. Interim tamen ex factis sapientiam DEI colligere, volumus, & debemus etiam, quia Jus nobis statuere volumus, aliud veri adminiculum aut fontem alium non habemus. Facilius procederet, quod volumus, si qualia DEUS produxit operas etiam unquam fecissemus. Qua igitur via cogitationes DEI quas habet in his omnibus condendis adsequitur? cum aliunde constet, DEI cogitationes non esse hominum cogitationes.

Jur Nature

est res admodum difficultas

§. 87. Quare licet ea, quae diximus, vanæ nostræ rationis vocari Jus Naturæ definire, quemadmodum id definire volumus rem esse satis difficilem & maximi momenti, summo studio cœendum, ne magnis excidamus ausis. Si minimum in Lege deficiat, tota Lex corrupta est. Lex vero manca & imperfecta non est Lex, saltem pro vera venditari non debet: idque tanto minore cum fiducia possumus, quia tam varia & contraria Juris principia, deductiones & demonstrationes existant, ut si omnia comprehendemus, revera non plus habemamus quam quod omnes docet incertus ille & insufficiens sensus communis.

*An rationi sa-
tis fidere pos-
sunt?*

§. 88. Porro cum rationi propriæ utilitatis studium tam astis radicibus sit infixum, fieri nequit, ut quis sincero satis studio Juri noscendo operam det. Affectat enim illa proprium quadam regnum, cui cum DEI & Naturæ regno non bene convenit, nec

hec convenire potest: vult illa hæc duo regna in unum compone-re, ne omini imperio privata videatur, neve cogatur commodis suis in universum renunciare; si regno DEI se totam subjiciat. Hinc, ut dixi, officium suum non serio peragit, et si velit. Infirmitatem quidem suam dissimulati & vires ejus extollit cupit, & recte quidem haec tenus, ut homo se bestiis præferendum cogitet: sed in detrimentum Juris divini, & cum ejus imminutio ac corruptione id faciendum non est. Nec forte quis id verbis p̄t se feret. Cavendum tamen ne nobis insciis re ipsa id eveniat, dum rationi nimis fidimus, ipsam ut unicam ducem in sapientia Naturæ investiganda sequimur. Sunt quidem argumenta, quibus persuasi rationem ad cœlum usque extollendam, & nescio quam perfectionem illi tribuendam credimus: sed ipsa forte illa argumenta, summam ejus imperfectionem magis demonstrant. Ab uno enim ad aliud probandum devenire, & casu magis quam voluntate sua eo delabi, ac tanto labore querere, quæ nescimus, & ne sic quidem invenire, non est perfectionis, sed ignoranzæ & infirmitatis maximæ subsidium quidem, sed & indicium.

S. 89. Id merito nos torqueat, quod explicare nesciamus quid Jus sit in origine sua, qua id promulgatum dicimus per facta & opera DEI. Nam recte quidem dictum videri potest, voluntatem DEI Jus facere; sed descriptio illa profunditatem quidem originis indieat, qua id ex profunditate profectum scimus, non vero ut visibile est factum, per creationem. Sic si id consideramus ut jussum, conceptum haberemus imperii, cui repugnare non licet: quale vero id sit, quod rebus creatis inhæret, nulla ratione nobis repræsentare possumus. Nam obscurum est, quomodo sanctitas illa se rebus applicarit. Si quis illam cognitam haberet, factis carere posset. Sanctitatem vero ex factis cognoscere non obscurum, sed & fere enigmaticum est. Quædam obvia scimus forte; sed ad totum Jus plura requiruntur, quam generalia quædam. Sunt & quædam in Natura, quæ imperfectionem quandam arguunt, quale est, vita hominum brevis, & similia, quæ docent, ad alia etiam, quam mera facta respiciendum esse. Ap-

*An satis sci-
mus, quid Jus
sit.*

paret enim ibi Naturam quædam non perfecisse, sed perficiendam restare &c.

CAP. V.

De principio & arte Juris.

*Principium
Juris in ob-
scuro possumus
esse.*

DE Principio Juris agere, non supervacuus labor existimandus est. Fieri enim posset, ut ars Juris ibi lateret, tanquam in loco abscondito, ubi quis eam non facile querit, & licet quæsierit, non tamen facile invenerit. Radices ejus nescio an rerum Natura non ita absconderit, ut eas eruere difficultius sit, quam aurum e terræ visceribus educere. Probant id scripta eorum, qui de Principio juris Naturæ ex profecto egerunt, nihilque aliud forte consecuti sunt, quam ut majus illius desiderium iis relinquerent, qui solidam rerum scientiam desiderant: alii vero eam tanquam inanem contemnerent. Mirum id videri non debet, quia artem per artem quærendo id solum effecerunt, ut multis vita sit, vel nulla, vel inutilis, adeoque contemnenda.

*Ars Juris res
magni pretiis
videtur.*

S.. 2. Si tamem daretur talis quædam Ars, idem quodammodo de ea posset affirmari, quod CHristus alia occasione dixit, eam similem esse margaritæ pretiosissimæ, quam qui invenit, onus vendere necesse habet. Videtur enim centrum esse omnis justiæ boni & æquum, ex quo radii extenduntur ad peripheriam circuli universæ Philosophiæ moralis: fons item lippidissimus, in quo bonum & æquum multo clarius cernas, quam in ulla lege scripta. Ipsum enim justum, ipsum bonum & æquum, quod per se tale est, obscurari videtur, quando ad actus humanos producitur, & lege comprehenditur humana: Quemadmodum rivuli, quo longius a fonte recedunt, eo plus contrahere solent obscuritatis a terra, quam transirent.

*Sunt qui jus in
artem redigi
posse negant.*

S.. 3. Sunt vero qui Jus Civile in artem redigi non posse judicant (i.) quia methodus sit habitus præceptorum universalium

um, Jurisprudentia vero sit habitus rerum particuliarum : singularia autem esse infinita , infinitorum vero nullam esse rationem , nullam Disciplinam, nec methodum. (2.) Quia jus non Naturae , sed sola opinione consistat : cum quilibet populus suo quisque jure titatur ; quod vero unum & constans non est, sed variabile & diversum aut contrarium, id ordine doceri non posse (3.) quia nec a veteribus , nec a nostris Jctis jus sit elaboratum. (4.) Quod Jus Civile distinctione & divisione explicari nequeat, cum, Ulpiano teste, omnis definitio in Jure periculosa sit. Definitiones etiam esse proprias substantiarum, Jus Civile autem tantum contemplari accidentia.

§. 4. Alii contra Jus Civile legitimo ordine & methodo *sunt qui affirmant.* conscribili & doceri posse putant , moti auctoritate *Ciceronis* id affirmantis Lib. I. d. Orat. , quod omnium disciplinarum & scientiarum, quæ Jurisprudentia longe inferiores sunt aut pares, etiam mechanicarum artium sit quædam ars, ipsa que, cum antea dispersæ essent, a sapientibus conglutinata & certa methodo colligata sint. Omnim porro artium rationem & duobus pendere, *sive* scil. & *materia* : ex horum resolutione omnis artis partes inventari & capita . Jurisprudentiam vero habere proprium finem propriamque materiam. Quod hæc resolvi possint, ostendisse Imperatorem methodo resolutiva & definitiva, qua uis sit: posse itaque eam & methodo compositione doceri. Nihil esse in Jure Civili , quod non ad precepta universalia redigi & ratione aliqua constringi possit. Posse tandem quoque causas rerum ostendere, & cur unum quodque & quale sit, aperire, Jurisprudentiam ergo esse artem, quia principium artis causa inventio- sit. Et tandem , cum jus cognoscere possit, etiam artem ejus esse, quia nihil cognosci possit sine via & ordine : adesse quoque instrumenta cognoscendi, quæ definitionibus & divisionibus partes & species rerum artificiale intelligentur passim, & seItem civiliter aut probabiliter demonstrentur.

§. 5. His argumentis & aliis forte in utramque partem pro- Si ars Juris- babiliter de Jus Romani arte disputatur. Utra vero pars in consistit in re- illo jure vincet, illa obtinebit etiam in iure Naturæ. *ad futuram solutionem finis:*

*& materie,
canibil vide-
tur notius.*

nim illa sibi porrigit opem, ut ratio divertitatis nulla adpareat. Quomodo ars illa constitui debeat, an satis expeditum sit, ipse judicabis. Si ea collocanda est in apta resolutione finis aut materia in sua genera & species, videri posset, de arte non admittendam laborandum, nec curiosa in dagatione opus esse, quia satis aperte illa traditur ab Imperatore in Institutionibus, adeo ut tyronibus etiam explicetur. Neque enim morari nos debent exigi momenti dubia, que circa unum vel alterum membrum possent moveri: cum sufficere videatur generalem partium distributio nem accuratam esse, & legitimam methodo convenire, eamque factis confirmet diuturnus usus, quo satis continuo Jus Civilis ordinis disceri & ab aliis perdisci constat.

*Sin minus, a-
lia debet o-
stendi vel ne-
gari aliquam
dari.*

§. 6. Hac vero arte iuris ab Imperatore ita constituta, si quis existimet non cessare tamen ea de causa querelas eruditorum de obscuritate, incertitudine & difficultate juris de opiniorum varietate & contrarietate, earumq; vitio artis contingere, quam claram, perspicuam & certam esse oportet, ut omnes reliquias scientias, quarum demonstratio certa est, & methodus accurata; ei vel alia ars juris, & diversarab ea quam illi indicarunt, indaga- da, vel illorum opinioni accedendum erit, qui artem juris dari negant.

*Probabile est
artem Juris
dari*

§. 7. Verum qui hanc sententiam defendendam suscipit illi magnum onus non pauca dubia resolvendi incumbet, ut ejus probabilitatem removeat. Nam ut alia faciem, nulla videatur dari ratio, obquam soli Iurisprudentiae inter tot alias artes liberales & illiberales, artem abjudicemus. Ut enim nihil est a DEO sine certo ordine, modo & fine aut factum aut constitutum, ita & nulla est plane hominis facultas, ne minima quidem, aut vilissima, que non ad certas leges, certaque principia redigi possit, secundum que si homo agat, id, quod intendit, recte perficiat, pro modo nempe infirmitatis & imperfectionis humanae. Exempla sumi poterunt a quibuscumque aeternis nostris, & rebus etiam extra nos positis omnibus. Ad dam & hoc ex multis, si minima quedam pars artis alicujus formam ostendit, earique admittit, quod negari sequit, certum videtur, totum Jus illam admissuram esse.

§. 8.

§. 8. Maximum igitur opus premium eum factum credi posse. Si datur, res rim, qui in hac arte invenienda labore suum colloquaret, praesertim cum Scævola apud Ciceronem nullius, sibi artis faciliorem cognitionem videri dixerit. Ingens quoque lucrum hic se offert, quod pleraque difficultia & abstrusa sic detegi atque enodari, origo omnis juris ostendi, multa incognita in lucem produci, & vera atque nativa facies juris prudentiae depingi, fons omnium demonstrationum indicari, & mare quoddam sapientiae & scientie æqui & boni sic detegi posse spes sit.

§. 9. De principii quidem existentia dubitate non debent Non videtur illi, qui Ius natura notum esse credunt. Hoc enim nescio an dubitandum possit esse notum, nisi principium simul notum sit; quia nihil quin existat a sine eo in iure concludi potest, cum omnia exinde demonstranda esse dicantur. Interim tamen quia circa principium unius juris, illud maximum est dissensus, probabile latenter certitudine certus esse debet, dari principium aliquod. Probabile autem id ea de causa videtur, quia de singularum rerum aut factorum iustitia, equitate & bonitate judicamus. Cum ergo singula de iustitia aliqua participare dicamus, consequens videtur, esse quid justum & æquum, a quo omnia talia appellantur. Habet enim omnia & singula iusta aliquid commune, quod est justum & Jus ipsum per se tale. Hoc igitur principii loco omnino tenendum videtur, quia in omnibus inest, ut dictum, omnia etiam, quæ attingit, qualitate justi afficit, ut a colore albo omnia efficiuntur alba. Quod si justum merum ens rationis videtur, nec principium existere videbitur, nec habebimus nisi iusta particularia; vel si nihilominus aliquod principium datur, ludimus voce principii. Nam si verum est dicendum, vox illa satis obscura & dubia est, si ad Jus applicetur. Quamvis enim id, ex quo omnia rite demonstrari possunt, principium esse statuas, tamen etiam hoc merum ens rationis existimandum est, quamdiu non profertur aliquid, quod in universi juris demonstratione non solum omnem paginam, sed & omnem lineam faciat.

§. 10. Ex rebus creatis quedam habent initium quod res creata habent principium.

dām, ut nūmerus, līneā, harmonia. An idem de jure dici possit, solicite videndum est. Si eadem ratione se habent invisibilia, & quæ solo animo comprehenduntur, idem affirmandum esset. Sed quæ probatio hujus rei dari potest? Num reliquæ scientiæ tale principium habeant, vel eo indigeant, me fugit. Si non habent, videndum est, an nos agitet supervacua curiositas: sin habent, probabile etiam est, etiam Ius principium aliquod habere,

*Principium
est universale
& simplicissi-
mum.*

§. 11. Si ex principio omnia demonstranda sunt, sua natura id universale, omnisque veritatis Juris centrum esse oportet. Idem simplicissimum & ad omnia aptum esse debet, ut ad omnia & singula adhiberi possit, tanquam mensura & regula quædam. Erat enim mensura Juris & æqui. Idem etiam subtilissimum sit oportet propter ipsam scilicet simplicitatem. Nam summi simplicia, sunt & subtilissima: quod maxime mirandum. Non magis autem in oculos, vel sensum communem incurret, quam si principium quæras quatuor Elementorum Aristotelis. Ita etiam comparatum esse debet, ut omnis rigoris & æquitatis varietatem admittat, ac sive suo comprehendat. Alias enim omnia ex illo dijudicari non possent; adeo quod debet esse universali & singula: quod quomodo contingat dictu difficile est.

*Si principi-
um est, datur
& finis juris.*

§. 12. Si principium datur Juris, datur quoque finis Juris. Quare & hic cognoscendus erit. Quod enim alicubi incipit, atlicubi etiam desinat. Neutrum sine altero intelligitur. De hoc igitur nos quoque sollicitos esse decet. Quid autem, si totum Jus se haberet ut circulus, in quo nihil prius, nihil posterius, nihil supremum, nihil infimum? Unde tum cogitationum nostrarum exordium sumemus? An a centro? Id prius querendum esset, & demonstrandum quæ via a centro ad peripheriam pateat. Fieri etiam forte potest, ut principium cum fine sit idem, quod & alibi observare licet.

*An datur
notæ iusti &
in iusti.*

§. 13. Omnia DEI opera habent signa ipsis impressa, quibus ab aliis dignosci & natura eorum intelligi potest. Igitur signa iusti & injusti, atque ipsius etiam principii Te nosse oper-

portet, ut si forte in transitu occurrat, manum illi injicere queas nec aliud arripias, quod principium non est. Idem enim Tibi eveniret, quod illis accidit, qui in tenebris aurum querunt, quod enim arripunt, aurum non est, & quod in manus venit, dimittunt nescii. Unde vero probabitur hoc vel illud esse principium? Ex effectu forte, si omnia ex eo deduci possint. Concedam, si ita velis. Habebit vero notas alias & signa, ex quibus a priori possit demonstrari. At tum cavendum est, ne innotis illis statuendis eres. Quod si principii demonstratio aliunde petenda sit, innumeræ hic difficultates se offerunt, quas referre piger.

§. 14. Si principium habes, vel unum, vel plura, id *Sciendum*, quoque tam ad ejus demonstrationem, quam etiam ejus usum pertinere videtur, ut scias, an & quomodo ab uno aliquo principio iuxta reliqua Natura procedat, an ordine, an sine ordine: an *ris progredivit* quolibet eorum progeneret alia plura, an unum: & hæc rursum sit ad suis an æqualis sint fecunditatis, an inæqualis; vel an unius aut reliqua. tribus omnia evidenter insint sine distinctione.

§. 15. Si principium aliquod Juris datur, etiam artem Juris. Si principium dari dicendum forte est, Ita enim in reliquis scientiis usu vendatur, datur nit, ut arte comprehendendi possint, quæ principium quoddam arti & *Ars Juris* perficienda sufficiens habent. Sic in Arithmetica incipimus ab unitate, & progredimur ad multitudinem. Ipsi etiam Natura ab initio aliquo procedit usque ad finem operis. Ex semine producit arborem, & si verum est, quod aliqui ex antiquis Philosophis crediderunt, aqua omnium rerum creatarum initium fuit. Eadem Natura a puncto producit lineas & circulos. Sed ibi principiis illis, semini scilicet, & aquæ, omnia inelusit, quæ ex illis generari & produci possunt. Videndum ergo an idem fecerit in principio Juris, videlicet, ut omnia illi insint, quæ ad jus pertinent: an vero jus potius oriatur ex multiplicatione principii, ut sit multiplicatione unitatis & punctorum, ex quibus numeri oriuntur & lineæ, atque circuli, sola productione & extensione unitatis & puncti.

§. 16. Cogitandum ergo an separari possit ars juris & principiis. Non videntur L

*illa separari
posse.*

cipium ejus : an ars possit inveniri sine principio, & principium sine arte. Si neutrum sine altero intelligi potest, supervacuus est labor principium querentis , nisi simul de arte sit solicitus. Principium certe arti non debet esse contrarium. Quare si de alterutro solum cogitemus , non constabit, an principium arti conveniat, an non ; quod eo magis necessarium videtur , quia ars imitatur naturam , eamque exprimit atque exhaustit. Principium ergo attingat necesse est. Sive enim jus omne uno aliquo puncto continetur , idque principii locum obtinet, id certe notum esse debet, ut constet quomodo ex una re tam varia iuris propullulent axiomata : sive per solam multiplicationem principii jus oriri dicamus, idem dicendum est. Sciendum enim quomodo ex sola multiplicatione idem mutetur , adeo ut plane diversum deinde videatur. Neque etiam notitia principii carere tum poteris, vel ideo, quia sine eo multiplicare non potes, quemadmodum nec sine unitate numerare.

*Per principi-
um Ars stabi-
litur. Et vici-
sim.*

S. 17. Videret igitur posset, cognitione principiis artem stabiliri & vicissim , neque meliori via aliquem procedere ad solidam Juris Naturae cognitionem , quam si a principio progrediantur ad totam artem, & secundum artem de singulis deinde casibus judicet. Sic enim fiet, ut nihil intactum relinquat, quod Juris rationem habet. Id omne ars illa debet eruere & in apertum producere. Ars vero illa una est, non multiplex, quemadmodum una est veritas rerum. Et sic quoque una est via , quæ nos ad artis cognitionem ducit. Quare cum diversa admodum sint principia , diversas etiam artes principiis accommodatas existere ponendum videtur : ex quibus quæ vera sit, quæ falsa & vana, multo cum judicio inquirendum. Est enim & simulata, quædam Philosophia, teste JCTO in lib. 1. S. 1. ff. de Just. & Jur. Videndum etiam, an omnes participant aliquid de veritate, atque ita ex omnibus una quedam & perfecta ars , tanquam ex centonibus consui possit, uti Justinianus Imperator ex scriptis veterum JCTorum systema Juris Civilis confarcinavit : vel si aliud quid adhuc supersit, quod ultimi subsidij loco afferri possit. Temeritati

meritati hic nullus locus: omnia expeditam debent rationem habere, ut numeri.

§. 18. Quamvis autem de principio certis sis, merito tamen dubitaverim, an statim artem ipsam possideas. Potes enim habet, artem principio abuti, quod experientia probat. Nihil enim tem forte non vetat, quamvis societatem adiittas, & DEUM Legislatorem possidet. statuas, quin Polygamiam v. gr. concubinatum, divortia, supra permista, si pater filiam uxorem ducat, naturae non repugnare, neminem obligari ad virtutes, & alia quae ne fari quidem debemus, licita affirmes. Hæc ipsa vero iisdem principiis retentis aliis Jure Naturæ prohibita esse opinabitur. Ars autem non producit ex proprio sinu contradictiones. Matheis nullibi probat, tres angulos trianguli esse inæquales duobus rectis. Igitur, quamvis principium habeas, artem tamem ipsam id circa non possidebis.

§. 19. Si verum est quod dixi, vide quibus instrumentis aut mediis instructus querere velis aut artem, aut principium ejus: an quæsturis sis artem per principium, an principium per artem? principium an arbo, alio aliquo medio instructus? Id enim scire necesse queratur. est, an ipsa ars, seu scientia, suppeditet omnia adminicula & necessaria subsidia, an vero illa aliunde petenda sint? Instrumenta enim artis prius paranda sunt, antequam ad artem venias. Ad manus esse debent, ut ubi opus est, illis utaris, vel faltem uti discessas. Principium quidem ad artem percipiendum nihil juvare videtur, si illis, quæ modo dixi, & propriæ experientiæ fides habenda. Interim tamen veteres non sine ratione judicarunt, in cuiusque rei aut operis principio plus quam dimidium facti collocatum esse. Et si principio invento observare possimus, quo Naturæ ab illo principio perget, videtur utique dicendum ad artem nos perventuros, si Naturam ducem sequamur. Ars enim nihil aliud agit, quam ut Naturam imitetur, ejusque vias & gradus, quibus opus suum absolvit, observet.

§. 20. Videndum ergo an jus per se ipsum & proprio indicio se prodat, una cum principio, vel an alia arte opus sit: tum vero indagandum est, quæ ars ancilletur Jurisprudentiæ. Natura se ipsum prudenter passim.

Solet alibi Natura summam simplicitatem, qua in operibus suis utitur, non celare. Si enim absconderet eam, nihil posset intelligi. Solet etiam Natura principia, secundum quæ agit, in ipso opere, si totum inspiciatur, & in singulis, quæ eo pertinent, pandere sapientibus & prudentibꝫ, ut non necesse sit aliud quid afferre subsidiis. Advertendum igitur erit, an in ipso opere lateat ars omnis, ut Ius sit ipsa ars. Potest fieri, si principium fœcundetur, & in modum producatur, ut producat jus omne ipsamque artem. Natura enim sine summa arte & certissimis atque perpetuis regulis nihil producit.

*An quid prius
aut posterius
sit in Jure.*

§. 21. Nescio an hic quid prius, & posterius jure existimandum sit. Natura omnia simul & semel contemplationi nostra exposuit. Nec aliter potuit, quam ut dum faceret priimum, faceret etiam ultimum. Si quid priore, & aliud postremo loco cognoscendum est, id magis infirmitati & imbecillitati ingenii humani tribuendum, quam Naturæ statui. Oculi certe nostri ultra quadrantem circuli nihil recte comprehendunt acie sua. Unde fit, ut secundum artem etiam nihil ultra depingi possit.

*An ex uno
principio o-
mnia demon-
strari posint.*

§. 22. An possibile sit ex uno principio omnia demonstrare, ego non asseram. Demonstratio in Jure non solum hoc præstat, ut videamus, quod Ius sit, sed & cur sit. Imo non potest intelligi, quod sit Ius, nisi simul pateat, cur sit. Id vero efficitur demonstrationibus apodicticis, quæ rem ostendunt, ut dixi, e manu Naturæ. Hæc sine ratione & modo nihil facit. Ratio ergo demonstranda est. Quare si quid ex principio demonstrandum, ipsum principium declarare eam debet. Nam principium non solum efficit, ut propositio aliqua jus sit, illaque naturam juris inducit, sed & quo modo, qua ratione jus sit, probat. Ostendit nimis propositionem aliquam esse cognatā illi, quod perpetuo æquum, justum & bonum est, atque ita jus esse. Sic propositionem illam, homines non esse temere damno afficiendos, probati mmediate ratio societatis, si quid sit societas intelligatur: non autem satis exinde probatur, quia DEUS voluit. Id enim obviū quidem, attamen obscurius est, donec rationem, cur DEUS id velit, & quomodo voluntatem declaravit, indicaveris. Pari modo

modo quærenti, cur conditions in Jure Romano retrotrahantur, minus recte responderes, quia Legislator id voluit. Si enim rationem habuit, ob quam id voluerit, illa tradenda est. Voluntatem enim ejus principium esse Juris Civilis, satis conflat.

§. 23. Quare ut ad id redeam, quod dixi, dubium esse an ex uno principio omnia demonstrari possint, id quoque rationi conveniat. & viæ Naturæ plane contrariari videtur, Aliud est originem rei indicare naturaliter, aliud ostendere, quomodo singulæ res ab uno orientur. Licit totum jus ab uno punto ut ita dicam, incipiat, non demonstrantur tamen singula ejus membra ex eodem loco. Dubito an Natura ullibi tantum compendium prodiderit; non videtur id cum rerum, quæ sunt, conditioni ullo modo convenire. Si, quid demonstratio sit, recte intelligis, probabile forte id tibi videbitur. Poterunt etiam ad id probandum argumenta ex quibusvis rebus creatis desumi.

§. 24. Neque etiam necesse est, ut ex uno omnia demonstrantur perfectioni & pulchritudini juris nihil derogat, si multa habeamus principia. Certissimum est, dari quædam, quæ rationem veri cuiusdam principii habent, ex quibus tamen non omnia demonstrari possunt: dari etiam alia ex quibus plus possit demonstrari, quam opus sit.

§. 25. Quot igitur principia ponenda sint, merito quæras. Si ab unitate discesseris, rationem numeri indicare difficile est, & fere impossibile, donec scias, quo numero, Natura in producendo jure usabitur, & quod magis est, an certum aliquem numerum præ oculis habuerit. Nihil temere hic ante mysteria juris omnia percepta ego quidem decernerem. Non perinde est, quem numerum arripias. Omnia certo consilio natura produceit. Si aliquem numerum Tibi statuere luber, addendæ sunt sufficietes rationes, quibus adparet nec plura, nec pauciora principia dari.

§. 26. An ergo duo sufficiant, an tria Tui judicii erit. Sunt qui duo statuunt, sunt & qui tria. Eum, qui veritati maxime convenit, numerum elige. An quis numerum principiorum ultra ternarium extenderit, ignoro. Est alias ille nu-

merus sacer. Nam & DEUM dixit Poeta impari illo numero gaudere. In Zoroastris oraculis de Triade multa legis & alibi &c. Numerum septenarium multis extulerunt Veteres, eumque sterilem, seu virginem dixerunt, qui alium non pareat, nec ab alio generetur. Natura eo scipiis utitur. Septem sunt planetæ, septem toni in Musica etc. Quid ergo, si septem possent inveniri principia Juris? Pythagoræ certe judicio prævalere deberet Tetractys, id est, numerus quaternarius.

Non sufficiunt hic obvia quædam præcepta.

§. 27. Quidquid sit, Principium Juris, de quo loquor, in obscuro fitum esse, id unum fere persuadet; quod Natura omnium cæterarum rerum principia adeo absconderit, ut paucissimi, qui fuerunt, homines, illa detegere potuerint. Vix ergo credendum, illud adeo obvium esse, ut in transitu aliud agendo, quis id contrectare possit. Quare obvia quævis præcepta, quibus non satis connexionis inest, suspecta videri possunt, nec sapientiam Naturæ aut referre, aut modum ejus explere. Locus ubi duo vel tres rivuli concurrunt & junguntur, non est mare. Arboris principium est semen, non folia aut fructus, vel rami. Recte JCTi dominum a materia ejus distinguunt. Una planta verb. gr. vel tres non possunt pro principio haberri reliquarum omnium. Harum tamen facilius quis ostenderit principium aliquod commune, quam Juris. In Jure enim diversorum generum natura combinanda foret.

An numerus principiorum possit colligi ex objectis actionum humanarum.

§. 28. Diligenter porro perpende, an ex consideratione objectorum, circa quæ actiones hominis versantur, & ex illorum collatione possis numerum principiorum definire, & ipsa quoque principia determinare. Nam si hæc ratio vel demonstratio principiorum probatur, & inter DEUM & hominem pro principio ponitur, DEUM cole, hoc præceptum non erit principium, sed compendium illorum officiorum quæ ad DEUM spectant. Nam sub voce cultus comprehenduntur omnia, quæ DEO ab homine præstanda sunt. Nisi proprio Te judicio & perspicacia in vero inveniendo uti mallem, quam mea culpa præjudicio aliquo imbui, dicere, objectorum diversitatæ non impedire, quominus unum sit principium

cipium : fieri enim posset, ut plura principia sic inventa in unum coincident. Multo vero facilius eveniret, ut sic non tria, sed plura orientur principia, quorum neutrum tamen pro verro habendum sit. Varia illa principia, etsi a se invicem propter diversitatem objectorum, circa quæ officium aliquod observandum inculcant, admodum discrepant, in eo tamen convenient, quod Jus constituant, nec unum magis Jus efficiat, quam alterum. Diversitas ergo objectorum, juris naturam non mutat, sed faciem solum externam, aliisque verborum involucris unum verum, bonum & justum tegit. Nam species v. gr. per individuorum varietatem & dissimilitudinem aliquam non mutatur. Unde fit, ut ejusmodi propositiones a verorum principiorum indole animum plane seducant. Et quamvis ob evidentiam, dignitatem & usum, quem in vita civili habent maximum, commendanda quidem sint id tamen non præstant in Theoria juris universali, quod putant illi, qui iis delectantur. Aliud plane videtur esse systema ejusmodi præceptorum: in quo talia præcepta licet forte minus accurate & obiter soli indicari possunt: aliud vero Theoria principiorum juris veterium, &c. &c.

§. 29. Si Jus Naturæ definis, quod sit decretum DEI, *An tria sunt innoteiens per rationem & obligans ad id, quod Naturæ humanae convenit, tum si rectam rationem putas esse medium promulgandi Jus Naturæ, vide an recte tria statuas juris principia, DEUM colere, temperanter vivere & societatem servare. Unum enim principium Tibi sufficerit, convenientia scil. cum natura humana.* Ab hac convenientia ad tria illa non procedis legitimo tramite, sed ad extrema delaberis, eaque pauca, quæ in oculos maxime incurruunt, insuper habitis multis convenientiæ humanae præceptis: nec convenientiam illam, quæ sit & qualis sit, consideras.

§. 30. Hinc de vero juris principio quid pronunciare, *Periculorum mihi semper vita fuit res plena periculi, si veritas cordi est, est de principiis.* Nisi id accuratissime ponatur, error per totum corpus manat, pio quid stet & pessimos productit effectus ad opiniones hominum de jure in tueri.

gene-

genere & singulis casibus corrumpendos. Sic enim fit, ut quod ad medicinam animi constitutum est, degeneret in perniciem ejus perpetuam, & aberrationem a lege non solum faciliorem efficiat, sed & praetextu juris eam confirmet autoritate quadam legis. Quod in singulis iuris materiis deprehendes, ubi defectus verorum principiorum passim Tibi occurrerent. Principium verum sine dubio, si quod datur, est lapidis Lydii loco, secundum quod constituenda est juris ratio. Illud nos aberrare non patitur a fine oinnium rerum: continet judicium, ne evagetur a via veritatis & æquitatis ac justitiae: imo semen est juris omnium foecundissimum.

*Cujus rei &
alia causa af-
fertur.*

§. 31. Ex hac etiam causa difficile videtur, principium aliquid statuere: quia si quævis definitio Juris facile subverti potest, id multo facilius subverti posse credendum est. Neque enim pauca sunt, quæ illi contrariantur, Etenim obstat rationis nostræ imbecillitas, quæ tanta est, ut nesciverim, ut possit, aut debeat omnem sapientiam divinam, quæ ad Jus pertinet, uni principio includere, & summam ejus sibi constituere, quæ virtute sua complectatur juris (sic casuum immensam varietatem species) latissimi & infiniti totam molem. Nam si pauca solum præcepta aut decreta eo referre satagas, non maiorem illa utilitatem habebunt, quam cum eaut vulgaria solum præcepta intuebare. Æque etiam illa intelliguntur sine principio, ac cum principio. Majora commoda in universo jure præstare debet principium, si quod datur, quam ut pauca solum eo referri possint decreta vel præcepta. Magis est, ut principium videatur anima quædam, quæ tota inest toti corpori & singulis ejus partibus: non autem propria est paucorum præceptorum. Principium sine dubio est jus adeoque vicissimum, ubicunque aliquid juris ponitur, ibi principium poni necesse est,

*An principi-
um sit alicius
utilitatis.*

§. 32. Atque hæc quidem, quæ obiter & sparsim de principio tradidimus, ex idea, quam de principio habemus, profecta sunt. Verum an tale quiddam revera detur, vel sit merum, ens rationis (nihil enim adfirmo) Ipse videbis. Obstant enim ut dicere cœpi, multa, & porro etiam hoc, quod nullius videatur usus

usus, nullumque inde evenire bonum etiam si aliquod exstaret. Neque enim id intelligi aut reperiri potest, nisi universum jus cognitum & ante oculos collocatum habeamus. Ex toto enim iure aliiquid colligi debet, cui omnia & singula subsint, & a quo regantur. Si vero jus ante principium notum fieri potest, nulli bono principium comparatur, ubi omnia jam ut nota & certa supponuntur. Nihil igitur juvabit ad jus inveniendum. Nihil etiam faciet ad demonstrationem eius, quia jam demonstratum est. Nisi enim demonstratum sit, jus non erit.

§. 33. Porro, invento licet principio videndum est, an quis non possit in jure errare. Probabile autem est, illud omnes errores non tollere. Ea quippe est humanae rationis conditio, ut ab omnibus infirmitatibus nulla arte liberari possit. Errabimus ergo, & in varias easque contrarias opiniones dilcedemus, quainvis idem principium habeamus, quod experientia etiam probat. Cum etiam in principio, totum jus, ut oculis cerni possit, contineri nequeat, ex obscuris ejus latebris nova inventione, interdum etiam adplicatione erui debet. At in hac inventione & adplicatione errare possumus. Principium ergo non sufficit, sed nova ars novaque principia accedere debent, quae nos doceant invento principio recte uti. Sic autem exemplum difficultates & querela redeunt, & res cum principio redditur difficilior, quam sine principio: maxime cum certum videatur, quod diximus, sine perfecta juris cognitione, nihil de principio decerni posse. Aequa igitur difficile est principio recte uti, quam illud invenire.

§. 34. Accedit, quod experientia docemur, vix satis intelligi principia & propositiones simplicissimas, quae in omnium ore sunt, et si pro principiis habeantur a doctis. Si illae simplicissimas, ne quidem intelliguntur, quem usum praestare poterunt? qui non hiuc propagabuntur errores per universum Jus? certe gravissimi. Videmus ex principio soepe aliquo propositiones deduci e diametro illi oppositas, illudque oppugnantes. Nihil autem aequa rationi adversatur, ac innumeratas falsitates ex veritate quadam universaliclicere.

*Principium omnium rerum diuinarum & humana-
rum scientia, hæc tota, si principium inane non est, illo com-
prehendi debet. Jam autem si omnem rerum diuinarum &
humanarum scientiam uni propositioni includere velis, metu-
re debere, alioquin multa una propositio complecti? Quis mare universum urna compre-
carebunt principia. inesse, non solum frusta laboras de principio, quia non habebis
verum principium, sed & multa quoque erunt, quæ principio carebunt.*

*S. 35. Cum Jurisprudentia sit rerum diuinarum & humana-
rum scientia, hæc tota, si principium inane non est, illo com-
prehendi debet. Jam autem si omnem rerum diuinarum &
humanarum scientiam uni propositioni includere velis, metu-
re debere, alioquin multa una propositio complecti? Quis mare universum urna compre-
carebunt principia. inesse, non solum frusta laboras de principio, quia non habebis
verum principium, sed & multa quoque erunt, quæ principio carebunt. Unde vero illa, si sine principio existunt? an a casu
pendebunt? Ergo vel aliud principium quærendum, quod cum
altero illo nihil commune habeat, vel absurdum illud admitten-
dum, jura quædam dari, quæ nullum ortum aut initium habeant,*

*& errabis in
Iure.*

*S. 36. Illud etiam eveniet, si totam Juris scientiam non
comprehendas uno principio, ut in singulis casibus vere &
perfecte jus statuere non possis. Partem enim juris igno-
ras, illamque in casu proposito negligis, atque falso de Jure
pronuncias. E. gr. si quid putes ex societate decidendum esse,
ratio vero societatis non sola sit attendenda, sed aliud adsit
quod societate sit potius, quod magis sit attendendum, quod
contrariam decisionem suadeat, errabis sine dubio, si so-
lam societatis custodiā ibi observare velis. Qui recte de
jure pronunciare audet, illi totum Jus inspiciendum est, non
pars ejus. Neque enim in lege vel unum iota aut punctum
prætermitti aut deficere debet: uti in harmonia cui nihil de-
bet admiseri, quod dissonet, ne minimum quidem: id enim
aures offendit. Nec sufficit speciem ex parte saltem recte de-
cidiā esse, nec repugnare uni legum ordini. Debet enim cum
omnibus concordare.*

*An Principi-
um Juris su-
peret, tantum in se suscipere laboris, omnemque diuinam sa-
peret forte ca-
pientiam in unam summam contrahere. Proxime ad DEUM
ptum huma-
num?*

*S. 37. Nec satış liquet, an mentis nostræ facultatem non
superet, tantum in se suscipere laboris, omnemque diuinam sa-
peret forte ca-
pientiam in unam summam contrahere. Proxime ad DEUM
adscendendum nobis esset, ut videremus, quæ sit rerum illarum
apud DEUM conditio, & quomodo inde processerint. Visi-
bilia quæ sunt, non semper eodem modo se habent. Ex his ve-
ro inve-*

ro inveniendum est id, quod perpetuo & semper tale est, nec unquam mutatur, verum nempe istud iustum, bonum & æquum. Hoc veri principii loco esse potest. Quæ autem ratio sit ex visibilibus invisible quid & perpetuum indagandi, qua via ad istud perveniat, quibus libris traditum sit, si mecum ignoras, ante omnia, ubi dilei possit, investigandum est. Eo certe carere non poteris. Mens enim nostra convertenda est, judicio etiam Gentilium, ad id quod vere est, non ad id, quod oritur & interit. Nam quando ad hoc respicit, in multiplices susque deque fertur opiniones, & haec tenus intelligentia caret.

§. 38. Dicat aliquis, tam longe jus non esse repetendum. Verum id refellitur ex dictis. Si quidlibet, quod nobis in mentem venit, pro jure habendum, non opus est, ut altissimas Juris radices investigemus. Sivero perfectam Juris cognitionem, quæ revera, & non ex opinione hominum talis sit, desideramus, ad id, quod vere est, tanquam ad principium omnis Juris, evolandum est. Nulla ratio aut demonstratio juris vere stringit, nisi ultima, ultra quam nihil est, de quo quæri amplius possit: intermedie non sunt nisi imperfectæ, quia nova opus habent demonstratione. Nec sunt, nisi propter aliud, & per aliud. ... Per se igitur nihil valent, nisi propter illud, ob quod & per quod sunt ultimo. Nisi prius non esset, nec posteriori daretur neutrum sine altero intelligi potest. Omnia ergo comprehendenda sunt, nec quidquam omittendum. Id autem fieri nequit, nisi adscendas ad initia rerum.

§. 39. Id quoque menti observare necesse est, Te Jus Naturæ investigare. Nisi enim eo claustra Naturæ referantur, a ico-turæ arcana po deficis & frustra laboras. Si, ut dixi, propositum Tibi est numerum quamlibet pro Junone amplecti, potes omnibus hisce tricis rui, liberari. Si eo contentus es, ut quasvis opiniones vulgi, superficiaria & arbitraria aliqua methodo proponat, poteris quodvis Systema sorte vel casu arripere, vel aliud Tibi pro tuo gusto forniare. Sed id non est naturam juris nosse. Sic credere Tibi facile est, animalia esse mera automata, nec quid aliud. Sic persuadebis etiam aliis, plantas crescere motu particularum nescio

*An Jus aut
Principium e-
jus tam alte
sit repeten-
dum?*

quarium. Magna vero quæstio est, an in hoc solo totum Naturæ artificium consistat,

An principium Juris sit comprehensibile & explicabile?

§. 40. Quare, si porro objicias, sic fieri, ut Juris principium sit incomprehensibile & inexplicabile, quia mens nostra non audeat tantum iter ad invisibilia ingredi; ego quidem id in medio relinquam. Rem satis arduam & difficilem esse non nego, quamvis in Jure definitionem. Nam conceptus nostri atque ideæ omnes sunt finitæ, multum habent de rebus corporeis, idque retinent, licet quis eas velit quam maxime a corpore deducere. Verbis quoque nostris vix accurate satis exprimere possumus particularia & mutabilia. Quæ spes eit de veritatibus omnibus universalibus & particularibus uni principio includendis? Verum etiam hic sciendum est, si ad veram non fucaram eruditionem ars nostra dicit, quid sciri possit, & quid non: ne ad impossibilia adspires; hæc nova est quæstio.

Gentiles ad verum bonum consequentur nos horum tantur.

§. 41. Tentandum ergo ut videas, quo, si recta via incesseris, pervenire queas: quo non poteris, ibi subsistes. Circumspice autem, ubi sis. In quolibet loco edito plura vides, quam in planicie, licet plus videas in montis altissimi cacumine. Gentiles certe viam vidisse credibile est, qua quis ad ea, quæ vere existunt, pervenire possit. Alas enim animæ tribuerunt, quibus in altuni efferentur ad ea, quæ modo indicavi. Socratem non puto mentitum esse, aut vanis sermonibus eos delusisse, cum quibus illi res erat, dum a fallaciis Sophistarum, fallaci & simulata marten proficentium, suisque dictipulis omnem sapientiam pretio vendibilia exponentium, eos dehortatur, & ad veram sapientiam, atque verum bonum eos animum convertere jussit.

An tria principia præstantur?

§. 42. Quod de uno principio dixi, id de tribus etiam dicunt volo. Si quis putat se tribus posse efficere, quod uno non potest, quia vis unita sit fortior, & duo vincula fortius ligent, quam unum, per me quidem id licebit. An autem hac via ad veram principiorum naturam intelligendam sit pervenitrus, & principia illa cum usum sint præstitura, qui alicujus pretium & expectatione nostra dignus sit, insive videbis cum summa

nia subducta de soliditate & fundamentis totius disciplinæ statuæ,

CAP. VI.

De principiis quibusdam Juris Naturæ in Specie.

§. I.

DE Principiis Juris Naturæ speciatim agere, utilissimum *In utilijs fere est* quidem videtur, quia certitudo totius disciplinæ multis *se de principiis* tenebris involutæ inde petenda est. *is in societate age-* ejus rei mentionem aliquam facere, cum vix spes sit af-*re.* ferri quid posse, quod viam monstret, intertam varia de his principiis iudicia ad veritatem pervenienti. Verendum etiam est, ne quo plura hac de re minus solida & vera effutiuntur, eo major huic rei, licet maxime necessariæ, concilietur confusio. Paucissima tamen in medium afferam, non ut litem discernam, sed ne nihil de re tam controversa dicam, consuetudinem illam secutus, qua non solemus ea, quæ ab aliis in disciplina quadam proponi, & tractari solent, intacta relinquere. Tui vero arbitrii res erit ex tanta variarum opinionum ubertate, quam velis eligere.

§. 2. Quærimus principium Juris primum, unicum, verum & ad æquatum, ex quo omnia Juris Naturæ præcepta per legiti- *An ad principium intelligendum quid faciat vis illa,* timam consequentiam necessario deducantur, uti conclusio ex premissis. Si enim consequitur illius necessitas apparet, jus satis probatum credimus, adeo ut etiam constet, jus ita con- *qua omnis obligare possit?* titendum esse. Ad hoc jus inveniendum, perpende an opus sit, ut quæramus vim aliquam, quæ omnes homines obligare possit seu principium obligationis & causam, quæ causa deinde sit a-*dequatum Juris Naturalis principium.*

§. 3. Non necessarium videtur, at a principio obligationis *quod negantur.* & cause initium faciamus, eamque multis verbis solcite demon- *dum videtur.*

M;

stremus, Nam principium & causa obligationis inter omnes in confesso est. Nemo enim, nisi Atheus, negat, si Jus quoddam inter homines obtinere debeat, id a DEO esse. Adfirmat id Grotius, Pufendorfius & reliqui omnes, etiam Hobbesius, ut puto, & quis non? Hic igitur nullum dubium residet, adeo ut id ne dicere quidem opus sit; quia hæc res inter omnes, non dicam Christianos, sed etiam Gentiles in confesso est.

*Cur Juri Nat.
operam de-
mum?*

§. 4. Multo igitur adparatu, multisque ambagibus id inculcare, non solum superfluum est, verum etiam, si ut probatum ponatur, illud considerandum, num ad principium Juris Naturæ intelligendum quæstio illa, de qua loquor, nos juvet. Obscurum enim est, an principium Juris Naturæ & principium obligationis sit unum idemque. Juri Naturæ ideo operam damus, ut fonte Juris iuvestigato in primis natalibus potius jus intueamur, indeque id petamus, quam ex turbidis humani juris lacunis. Probabile enim est, nos ibi jus, ut est, in pura Naturæ simplicitate inventuros. Hæc forte probabilis causa dari potest, propter quam etiam principium universi juris quærimus. Et quando de eo questionem instituimus, id agimus, ut propositionem aliquam inveniamus, ex qua tanquam ex fonte universalis infinitatem totius juris per rivulos inde fluentem possumus deducere.

*Quid conse-
guamur in-
vento princi-
pio obligatio-
nis.*

§. 5. Invento igitur principio obligationis id consecutum sumus, sciamus ut esse quendam, qui nos obliget ad Jus aliquod observandum, & quis ille sit, & quod jure obligare possit. Hoc vero cognito, nescimus adhuc, quid sit id, ad quod nos obliget. Aliud certe videtur esse persona, quæ jubet, aliud vis illa & potestas, quæ nos tenet constrictos ad faciendum quod jubet, aliud denique id, quod jubet. Priori cognito, reliqua nondum patent. Et principium prioris, non est principium secundi, nec tertii. De principio vero, quo tertium intelligatur, quærimus: id vero toto cœlo differt a primo, maxime ideo, quia de modo, quo DEUS Jus illud promulgavit, & ubi id posuit, parum constat. Id quoque experientia probat. Vulgus enim persuasum est, DEUM habere

re imperium in homines, eosque obligare, eti de Jure Naturæ nihil unquam audiverit, ne fando quideni. Quando igitur probas, ex iussu Creatoris omnis creaturas obligari: Creatorem esse omnipotentem: habere imperium in creaturam, quam potuit quacunque lege creare: nihil certius esse, quam DEUM habere in hominum actiones imperium: posse eum hominum facultates restingere, & legibus coercere, nonne videbis Te multis phrasibus idem significantibus uti, nec aliud dicere, quam quod in ore vulgi est, DEUM habere imperium in homines?

§. 6. Et si quis accurate omnia perpendere velit, ille reperiet hoc pacto principium quidem obligationis proferri, sed nondum intelligi, quid illud sit. Intelligimus quidem, cui obligatio competat, DEO nempe, illumque vocamus principium, quia est autor omnium rerum: sed revera principium obligationis ipsius non exprimimus, quando DEUM nominamus. Fundamentum enim obligationis, quam hominibus imponit, ostendendum supereft, de quo supra diximus. Fallimur ergo verbo *Principii* ambiguo. Nec putandum est, perinde esse, quomodo loquamur. Nam DEUS est principium obligationis diversa videntur, & non confundenda sunt.

Deus est principium obligationis, sive diversa.

§. 7. Illud quoque consideratione dignum est, quomodo id, quod ex principio illo per legitimam consequentiam que voluit, deducitur Jus constitutum. Voluntas DEI nescio an nou multa sint jus, alia comprehendat, quæ non sunt jus, nec esse possunt. Infinita sunt, quæ DEUS voluit. Ostendendum ergo, quomodo illa omnia Jus faciant. Et quauis certum sit, quod omnia, quæ voluit, jus faciant. Veritas tamen illa ita demoustranda est, ut ea in singulis voluntatis operibus manifesto appareat. Nisi id fiat, inutile est scire, voluntatem DEI esse principium Juris. Quod si autem hoc potius modo loquiverimus: illa demum jus esse, quæ DEUS, ut jus sint, voluit, jam restigimus voluntatem DEI, atque ita illa simpliciter non erit indicium universale, sed cum distinctione: cuius distinctio ratio & fundamentum simul ponendum est.

§. 8.

Certum esse, quod DEUS auctor juris. §. 8. Quod igitur dicitur, in solo creatore principium esse leges hominibus dandi: nec summas potestates, nec societatem humanam nec custodiam societatis per se facultatem habere obligandi homines, sed a creatore concessam: neque Magistratum leges obligare cives, nisi propter iussum & voluntatem Creatoris: hæc pietatem erga DEUM sapiunt, religioni conveiunt, & ab omnibus summa cum reverentia debeat accipi, nemine ne uno quidem contradicente. Est enim summa veritas & initium atque extremum omnium rerum DEUS; nihilque certius, quam a DEO omnia esse. Neque id nos a tenera aetate ignorare oportet; nec breviori via omnia dubia de principio illo amputare possumus, quam si dicamus DEUM esse principium juris, quia est primum & ultimum omnium rerum. Hæc afferendo errare impossibile est.

An principium aliquod sit dum est, si quis eo non contentus Jus ipsum videre desideret, ut Deo subordinatum. §. 9. Cum autem hoc in confessu sit, non moleste ferendum aliquod sit dum est, si quis eo non contentus Jus ipsum videre desideret, ut illud a DEO jam constitutum est, ut ab hominibus oculis natum, cerni & mente cognosci possit. Si hic certum aliquod, esset principium, secundum & DEO subordinatum, quod totum jus in summa exhiberet, id auro charius esset habendum omnique inquisitione & custodia dignum. Et si quis id a nobis exigeret, qui DEUM pro primo principio ponimus, non magis ei satisfaceremus, ac omnes illi, qui vel societatem, vel aliud principium sequuntur, quamvis decem modos cognoscendi voluntatem divinam singamus. Non enim omnis dubitatio ita sublata, sed non parum aucta videtur.

sufficit scire §. 10. Scipiis ratione sumus, nos artem profiteri, quam dicere DEUM certis demonstrationibus niti afferimus. ejusque principium nos esse auctorem querere. Non satisfacimus autem officio nostro, si v. gr. non facienda esse ea, quibus societas destruitur, non ex principio societatis, sed ex voluntate Creatoris, qui societatem constituit, fluere dicamus. Nam vera & proxima demonstratio ejus rei quod sit & cur sit, consistit utique in societate, remota vero in DEO posita est, tanquam in extremo omnium rerum. De hac causa remota ne nemo querit, sed eam omnes ratione praediti supponunt

ponunt. Nec enim opus est DEI nomen singulis lineis repertere, cum sine abuso id fieri vix possit, sufficit semel vel iterum id dixisse, ut Grotius fecit. Omnes certe merito cum viderent, qui interrogatus cur pax sint servanda, responderet quia DEUS voluit. Id enim non solet in questionem venire. De aliis questionibus demonstrationibus, quas ignorare potest etiam is, qui DEI nomen passim pro principio inculcat. Quare ut ex scriptoribus profanis DEUM juris autorem probemus, nulla est necessitas. Etsi enim illi id verum non faterentur, nos tamen id non negaremus.

§. 11. Contra Societatem plura possunt afferri, quæ suadent eam pro vero & adæquato principio habendam non esse: *principium societatis videtur convenire cum Carneadis & Hobbesii sententia.*

An vero æqualis sint ponderis videndum. Primum igitur opponi potest, sententiam illorum, qui principium illud statuunt, convenire cum opinione Carneadis, putantis iustitiam esse stultitiam, quia homo sibi noceat, dum justus esse cupit. Itaque cum utilitas societatis, si ea pro principio omnis juris habeatur hic unice spectanda sit, manifestum videri poterat, patronos hujus principii re ipsa cum Carneadis & Hobbesii quoque sententia convenire.

§. 12. At dicendum potius videtur, sententiam *Grotii* *An Grotii sententia fit absurdum* de principio societatis, tantum absurditatis non habere, quantum forte is, qui rationum numero, non pondere, Grotium impugnare contenderet, sibi persuaderet. Nam sine dubio Carneades loquitur de privata cuiusque hominis, non de communi totius generis humani utilitate, ad quam Grotius, & qui cum secuti sunt, respiciunt. Cujus rei manifestum indicium est, quod Carneades dixit, iustitiam esse stultitiam, quam qui sequuntur, eos suis utilitatibus nocere. Quod recte uti non potest de illis affirmari, qui communis societatis utilitates spectant, ita ne cogitandum quidem est, eam cum Grotii sententia convenire, quia ille non ad privatas cuiusque, sed communes utilitates nos vult respicere. E diametro igitur opposita est sententia Grotii & sententia Carneadis. Communes enim utilitates non possumus sequi, nisi privatis saepe renunciemus. Carneades o-

meum jus sublatum voluit cum iustitia. Grotio autem id in mentem non venit.

*Quae sententia
fuerit Carne-
adis?*

§. 13. Si Carneades nihil aliud spectavit, quam humanae societatis custodiam & utilitatem, illum sine dubio socium humanus opinionis agnoscimus. At sine pudore id affirmari non poterit per ea, quæ modo diximus. Non sufficit quippe affirmare, probabile non esse, eum adeo insanivisse ut momentaneam & privatam utilitatem intellexerit, exclusa publica. Quis enim dubitet, ubi verba ejus aperte id præ se ferunt? Quomodo potuissest iustitiam dicere stultitiam, ut quæ sibi & suis noceat, si communes societatis utilitates sequendas voluisset. Hoc certe stultitia non est. Imo dicemus potius probabile non esse, Carneadem, ut Philosophum, sibi ipsi contradicere. Ostendit enim omne animal ad suas tantum utilitates ferri, E. & hominem. At qui ad communes utilitates fertur, non fertur ad suas proprias, sed ad aliorum & totius generis utilitates. Bestiarum vero non curant utilitatem totius generis sui, et si forte fecundum suorum cura eos tangat, non quidem illorum sed sui causa, & impetu quodam, quo prædicti sunt. Porro, cum ille bestias ad suam utilitatem ferri, & recte agere, idque homini, cum sit animal, imitandum esse contendat, recte concludit, eos, qui iustitiam sectantur, & suum cuique tribuunt, stultos & iustitiam stultitiam esse. Argumentum vero non procederet, si dicamus eum loqui de custodia societatis: de qua Carneades per rerum naturam vel ideo cogitare non potuit, quia animalia & homines in eo æquat, quasi non minus hi, quam illa suam debeant utilitatem sectari. Quare si utilitas illa accipienda est de custodia societatis, hanc etiam in animalia cadere necesse est: quod nec dici potest, nec cum verbis Carneadis convenit. Apparet etiam Carneadem sibi invicem opponere illos, qui suam tantum & qui aliorum utilitatem curant, sibi autem nocent: sine qua oppositione dicta Carneadis ne sensum quidem haberent. Nihil igitur commune habet sententia Grotii, neque cum Carneadis, neque cum Hobbesi sententia, quod sarcinile demonstrari posset, si opus esset.

§. 14. At

§. 14. At quidquid de Sententia Carneadis sit, id non *An Jus ad negandum videtur, societatis humanæ custodiam nihil continere nisi communem hominum utilitatem, quamvis duraturam, in-* *privatam ho-*
deque sequi, Jus Naturæ unice constitutum esse ad hominum tatem sit con-
utilitatem tuendam. Cum tamen homines non obligentur ex *ditum,*
utilitate communi, quia illi renunciare possant: adeoque nec jūs ab utilitate communi derivandum esse. Sed notandum est, nullam esse rationem, quo minus dicamus Jus Natu-
rae ad communem & privatam utilitatem hominum esse consti-
tutum, vel ab ea pendere. Natura enim nihil constituit, quod hominum & inter homines societatem possit destruere. Et quod caput est, nec tale quid potuit constituere. Vide an quid mali exinde fluat, quod ego non videam. Cur enim non fateremur Jus Naturæ ad hominum commune & constans coin-
mōdum esse constitutum?

§. 15. At dices, homines non obligantur ex communi utilitate. Nulla continetur obligatione illa utilitas. Ergo, nec obligantur ex jūs est. At quis non videt mutatum statum controversiæ, in *communi utri,* deque *enarrata* non satis rectam consequentiam. Dicimus *litigie?*, Jus Naturæ non esse constitutum ad hominum commune commōdum. Qua ratione? Quia homines non obligantur ex communi utilitate, utpote cui renunciare possant. Quid autem impedit, quominus jūs sit ad communem hominum utilitatem conditum, licet nulla ex utilitate sit obligatio. Nemine puto fore, ne Carneadem quidem, qui credit aut asserat, ex utilitate proficii obligationem. Potest enim obligatio ad jūs aliquod utile aliunde venire. Quæ igitur argumentatio ab utilitate juris ad ejus obligationem? toto cœlo diversa sunt, fundamentum juris querere, & fundamentum aut principium obligationis, ut supra dictum.

§. 16. In meram forte Logomachiam desinit omnis illa *Quid que-*
disputatio. DEUM esse principium obligationis, lubenter, *rant, qui*
puto, concedent dissentientes, atque negabunt, se de eo quæ *principium*
rere, sed de principio, quod aliquid adjumenti conferat ad *quarunt,*
cognoscendum jūs a DEO constitutum, ad quod sequendum

obligemur. Volunt illi regulam, quæ, si ad species obvenientes applicetur, determinaret quid jus sit, & quid injuria. Id vero non cognosces, si querenti quid justum sit in hac vel illa specie, respondeas, quod DEUS vult. Ignoras enim, quid DEUS velit.

An homines possint tollere Jus ad illo-rum utilita-tem a Natura constitutum?

§. 17. Nec porro sequitur: Quilibet liber populus potest Jus ad suam utilitatem constitutum mutare pro lubitu: Ergo univerfa hominum societas multo magis jus ad ejus utilitatem conditum potest tollere. Summa hic est ratio differentiationis. Quilibet populus Jus Civile potest abolere, quia id a sola ejus voluntate, nec aliunde dependet. Ipse enim id constituit. At jus ad totius humanae societatis custodiam positum, quis cogitet a Gentibus constitutum, aut ab earum voluntate pendere? ergo nec id mutare possunt. Si enim utilitatem societatis a DEO constitutam & pro lege sanctam intelligis (quod omnes concedunt) dubium omne evanescit: Sin eam ut non sanctam consideras, erit tamen utilitas societatis quasi regula, secundum quam DEUS jus sancire & componere velit: si modo ita loqui fas est; nam vores non faris cum serum, uti se habent, veritate convenientiunt. Et hoc ipsum est, quod omnes volumus: Deum id, quod civitatibus utile est, pro jure sancivisse, idque universi juris κετήσαι esse, ut hoc jus sit, quod cum societate convenit: nempe, ut jus dijudicemus exconvenientia vel disconvenientia cum societate.

An possint communi utilitati renunciare.

§. 18. Minus accurate quoque ex noto illo brocardico: *quemlibet favori pro se introducto renunciare posse*, deduces, ergo omnes homines, immo totum genus humanum potest renunciare communi utilitati. Nam immanis hic rursus est differentia. In Jure Civili nemo prohibetur repudiare, quod in privatam suam utilitatem est introductum: idq; tanto magis licet, quia nemo facile suum jactare creditur, neminiisque per illam renunciationem fit injuria. At quæ in publicum favorem introducta sunt, illis renunciare non licet. Ut igitur argumentum illud huc recte adhibeat, probandum est statum Civilem, in qua regula illa Juris Civilis obtinet, eundem esse cum to-
tius

tius humani generis conditione. Eo vero probato, tum de-
num sequetur, observandum esse id, quod modo diximus: ut
nempe privat utilitatibus renunciare possimus, non communi-
bus, nec iis, quæ ad totum genus humanum spectant. Sed pro-
batio illa contradictionem involveret, quia genus humanum
consideramus sine Jure & lege, ita ut nesciamus, an utilitas
sit lex ejus, an aliud quid, an vero nullam plane habeat legem,
In Jure igitur Civili licet univel alteri favori, quo facile carere
possimus, pro nobis introducto renunciare, non vero universo
Juri. Id enim nullibi legitur. Ergo, nec in naturali gene-
ris humani statu id licebit. Pariter, in statu Civili suppo-
nitur Lex esse, quæ nobis volentibus quid concedit, quæque
permittit illud repudiare. Supponenda ergo etiam est Lex,
quæ toti societati utilitatem ita pro Lege ponit, ut eam repu-
diare possit: quo tamen nihil magis a ratione alienum.

*Utilitas sine
Obligatione
non est Jus.*

S. 19. Fallacia quoque latet in applicatione hujus brocar-
dici. Si enim utilitatem separas ab obligatione, cique vim le-
gis detrahas, illa non potest considerari ut jus, cui renuncjari
possit. Nam sublata lege jus & justitia cessat. Hactenus igi-
tur simile illud claudicat. Planius disceretur, si societas non
esset a DEO præcepta, arbitrio hominum relictum esset, an e-
jus utilitatem promovere velint, an non. At vero nemo id
dicit, & proinde sine ullo fructu urgetur: uti & hoc, quod
homines possint renunciare suis comodiis; cum certum sit,
neminem id facturum, et si omnibus constaret, nullam hic le-
gen effe.

S. 20. Huic quoque rationi vide quæ vis insit: quod ~~ab~~ principi-
societate pro principio assumta, tollatur differentia inter Jus ~~um~~ societatis
Natura & Gentium positivum & secundarium. Hoc enim ad tollat Jus Gen-
utilitates Gentium, & quidem ab ipsis Gentibus constitutum ~~um~~ secula
esse, cum Jus Gentium primarium ratio constituerit. Hac ve- ~~darium~~
ro duo jura non debere confundi; Quod tamen Grotii senten-
tia facit. Sed si verum est & probari posset, Societatem
esse principium universi Juris, nos certe distinctio illa Impera-
toris in Jus Gentium primarium & secundarium parum mo-
gari

rari debet. Principium illud constituit DEUS & Natura: distinctionem illam invenerunt homines, & forte sine ulla ratione aut utilitate. In eorum gratia igitur rejiciemus societatem? id non sapientis foret.

An sententia Grotii diviso- ni Juris Gentium repu- gnat.

§. 21. Illud videamus, possitne sententia Grotii & divisio illa Juris Gentium simul consistere, an vero hæc potius elin minanda plane sit atque explodenda. Nam apud Imperato rem in Institutionibus nihil, vel certe parum est, quod illam juvare possit, cum potius totus contextus contra eam faciat. Forte etiam vix affirmari potest, locum illum unquam recte explicatum aut intellectum esse. Nos de uno tantum scimus Jure Gentium, non de duobus. Nescimus Gentes Jus sibi i psis constituisse, quod omnes obliget. Negamus verba Imperatoris dicentis, jus Gentium esse, quod naturalis ratio consti tuit & quod usu exigente, ac humanis necessitatibus a Gentibus constitutum est, diversa jura indicare &c.

An necessitas & utilitas sit minus an tollantur hypothesi utilitatis?

§. 22. Sed concedamus jura illa diversa esse, & dispiciat & utilitas sit minus an tollantur hypothesi utilitatis? Utilitas, quæ fundamen tum idem est societatis humanæ & principium juris Naturæ, multo latius patet, quam illa, qua Gentes ductæ jura quedam sibi constituerunt. Satis id probatur ex verbis §. 2. f. d. Jur. nat. gent. & civ. ac subjectis exemplis. Jus Gentium enim secundarium dicit Imperator a Gentibus constitutum esse, usu exinde & necessitatibus humanis, Sic bella verb, gr. orta esse, servitutes secutas, contractus introductos etc. Ad hæc ne cessitas adegit homines & indigentia, non sola utilitas societatis communis. At vero necessitas & utilitas non sunt unum atque idem: etsi in necessitate utilitatem spectemus. Poteat enim utilitas queri sine necessitate. Et utilitas generis humani multa alia suadet, præter ea, quæ Imperator afferit, bella nempe, servitutes & contractus etc. Manebit ergo differentia inter Jus Gentium primarium & secundarium satis magna; si men tem meam percépisti.

Civis &c

§. 23. Cum ergo non eadem sit atrobiique utilitas, se principium manebit hæc differentia inter jura illa, quam omnes puto ad particulare.

mittimus; nempe quod secundarium ipsæ Gentes constituerint; primarium vero ratio. Ex quo solo etiam probabile fit, ad aliam utilitatem respicere naturum & rationem, ad aliam vero Gentes. Denique, licet quis societatem ut universi juris ad æquatum principium rejiciendam probet, eam tamen ut principium particulare admittere debet, & consequenter ex ejus utilitate & conservationis necessitate multa vel omnia demonstrare. Sine calumnia enim negari nequit, ad utilitatem societatis interdum respiciendum esse. Et si hoc verum est, apparet, quamvis negemus societatem esse principium juris universale, distinctioni tamen inter Jus Gentium pristinum & secundarium hoc contrariari, quod utilitatem societatis pro principio particulari admittere cogantur. Nam extra controversiam positum est, totum Jus, qualemque etiam statuas, ad utilitatem hominum comparatum esse &c. &c.

§. 24. Non intelligo, quomodo utilitas totius societatis *An utilitas humana possit pro temporum & locorum varietate variare.* Quod *civitatis humanæ* enim leges civiles sœpe varient & mutantur, id exinde non *mane posse* est, quod totius societatis natura mutetur; sed quod ea, quæ variari. fundamenta sunt juris mere civilis, varient, mutationemque desiderent. Hæc autem mutari possunt salva manente tota societate. Quod experientia probat. Nam hodie, ubi quilibet populus suis utitur legibus, nemio societatem inter omnes durare negat. Varietas igitur & mutatio legum civilium non tollit societatem humanam. Solet etiam ideo mutari Jus Civile, quia affectus hominum sœpe invalescant, hominesque ab uno ad aliud delabuntur. Quod in jure Romano observare licet.

§. 25. Ab hac vero mutationis facilitate non recte ar- *Licit Jus Civile gumentum desumitur.* Nam Jus Civile dependet a voluntate mutetur. Na- te Legislatoris humani: totius vero generis humani utilitas turale tamen non pendet a cerebro hominis unius vel omnium, sed a na- *effe immutata* societatis semel a DEO constituta, quam mutari posse, *bile.* neminem dicturum arbitror. Et licet homines a societate e- jusque utilitatibus discederent, ipsa tamen in se manent in-

cont;

concessa, quidquid etiam homines facerent. Mutatio, quæ in jure Romano contigit, & modi adquirendi hodie in eo mutati, huc afferri nequeunt. Nam si quid hodie mutatum est, id vel secundum naturam societatis recte constitutum erat, vel non. Si illud? male mutatum est, & utilitas vera & solida antiqui juris manet a natura sancta, quidquid nos mutemus. Si hoc? non videbimur hodie ab utilitate societatis discessisse, sed ad eam rediisse, vel veram invenisse. Neque enim novum est, homines veram utilitatem generis humani omni tempore & loco non recte percipere, sed ad eam per gradus pervenire. At, inquis, Jus Naturæ sic non erit constans, æternum & immutabile, si temporibus & locis mutetur aut variet. Jus hoc respectu non dicitur æternum, quia homines id æternum servant, nec ab eo unquam discedunt, sed quia æternas & immutabiles rationes habet. Quod autem homines in hac vel illa specie ab eo aberrent, quis idcirco ipsam societatis utilitatem mutatam esse affereret? Immutabilis est illa, quamdiu homines sunt homines. Præterea cogitandum, rationem juris non esse ex usu & observantia ætimandam. Si hanc inspiciamus magis dicendum esset, quod nec societatem, nec ullum jus habeamus, quam quod habemus. Quam fida enim sit societas non solum inter Gentes,

Utilitatem & sed & singulos homines, exponere non est necesse.

custodiā so- §. 26. Illud probandum non esset, si quis objiceret, et si cietatis esse di- custodia societatis ejusque ratio non variaret, sed semper maneret eadem, ius tamen, quod ab illa custodia deducitur, incertum & indefinitum penitus futurum, quoniam custodia illa variis legibus & modis fieri potest. Notandum enim, terminos hic rursus, ut supra, mutari, & incertum Lectorem ab uno ad aliud trahi. Questio est de utilitate societatis, hic autem obiicitur nunc custodia societatis, quod plane diversum quid est? Aliud enim est querere de utilitate societatis se- cundum Naturam, aliud vero quomodo utilitas illa custodiri, quibus mediis, legibus &c. defendi possit. Quamvis igitur leges & media, quibus Gentes uti soleant ad communem utili-

ta-

litatem conservandam varient (quod certe nemini mirum vide-
ri debet) ipsa tamen utilitas, quæ ex natura societatis, aliarum-
que rerum, petenda est, non idcirco esset variæ. Quemad-
modum non sunt multi & variæ Dii, sed unus: quamvis idolo-
latræ plures credant. Præterea, quanquam plures viæ possunt
esse, ut certe sunt, pluraque media ad eundem finem compara-
ta, finis tamen ob mediorum diversitatem, vel vanitatem non
diversus sit. Et repetendum est, quod dixi, de jure ex usu po-
pulorum judicandum non esse. Nimis enim diversa sunt, vera
utilitas societatis, quam Natura intendit, & illa, quam Gentes
quælibet perverso judicio sibi fingunt, quamque legibus, medi-
is, modisque variis custodiare nituntur. Statuant ergo & fa-
ciant Gentes, quod volunt, nos naturam societatis sequamur, si
possimus.

§. 27. Vide porro, an turbet societatis principium, *A societate ri-*
quod non omnia, quæ societati expediunt, iusta sint: quia ad *vili ad Jus*
id, ut quid jus sit, requiratur præceptum Legislatoris. Expe- *Natura non*
dire quidem recipublicæ, ne dominus re sua abutatur, id ta- *valet argu-*
mentum licere, quia lex non vetat, et si expediatur. Sed nullius pla- *nentum.*

ne momenti videtur argumentum a societate civili ejusque le-
gibus ad Jus Naturæ. In civitate Legislator non omnia, quæ
expediunt, solet legibus inserere, nec providere, ut omnia id,
quod honestum est, in publicis tabulis sanctiatur, & penitus aut
præmiis muniatur. Inde vero non sequitur, in societate o-
mnium Gentium eodem modo se rem habere, ut non omnia,
quæ societati expediunt, etiam ibi pro lege sint observanda.
Deinde, si ponamus Legislatorem civilem negligentia vel
ignorantia utilitatis quid non sanctiisse, quo colore vellemus
ab hoc Legislatore ad Naturam concludere. Hæc igitur
est ratio cur præceptum legislatoris requiratur, ut in civitate
aliquid pro Jure habeatur, quia inter homines ita invalidum, ut
quod lege sanctum non est, id nec vim legis nec publicam au-
toritatem habeat, adeo ut nec agere, nec conveniri quis hoc
nomini possit. Omnis enim vis Legis ibi a jussu Legisla-
toris humani dependet. Hæc vero ad Naturam ejusque leges

O

applicari nequeunt. Natura enim ut fons est juris, ita nihil prætermittit; nec impeditur aliqua de causa quædam sanctare, uti Legislator humanus. Quare nec ius quoddam civile a misericordiis hominibus constitutum erit norma, secundum quam de Natura iudicium ferendum sit.

An societas humanae intellectui conveniens pro principio habenda sit?

§. 28. Illud quoque Tibi considerandum relinquo, nunc custodiae societatis, non quilibet, sed humano intellectui conveniens, pro principio habenda sit. Minus tamen certe est affirmare, verba illa nihil certi significare, aut definire. Quin satius aperte omnia indicant, quæ accuratissimum harum rerum & perspicacissimum Interpretem scire par est. Hæc qui capit, intelliget etiam, quid sit id, quod intellectui humano conveniat, & quid non. Sufficit interim Grotium vera dixisse. Hoc enim in questione est. Nec obstat, quod id, quod conveniat, ex alio principio definiendum sit. Id enim mirum non est. Licet enim DEUM pro principio Juris Naturæ cum omnibus ponamus, quid tamen voluntati ejus conveniat, ex aliis principiis definiendum erit. Neque enī ex Natura DEI omnia demonstrari possunt. Eodem arguento probaret quis, DEUM non esse principium Juris Naturæ, quo aliis probat societatem non esse principium, quia ubique ex aliis principiis definiendum est, quid societati, & quid voluntati divinae conveniat. Nulla hic est differentia, sed eadem ratio & argumenti summa paritas: sive societatem ponamus, sive DEUM, sive convenientiam requiramus cum societate & intellectu ad id, ut ius sit.

Societatem non facere ius sine Dei voluntate.

§. 29. Regem viribus suis fidenter ab injuria aliis inferenda non deterrebit humanae societatis custodia, facileque sibi persuadebit. Nam ad se non pertinere. An vero magis eum deterret, si in scholis scribamus, DEUM esse principium Juris & custodiam societatis inter precepta ejus positam, experientia testis esse potest. Si quis societatem sine DEI voluntate ad Juris constitutionem sufficere putaret, contra illum ejusmodi argumentatio valebit, & hactenus procedet, ut discat. Ius sine DEO non existere. Sed nemo, opinor, sana mente praeditus

ditus id putabit. Nec Grotius DEUM ullibi excludit. Ponit ille DEUM ubique superiorem. Evidens etiam contradic^{tio} est, de eo quod Reges faciunt, argumentari; & si cum Grotio opponas, Reges etiam societatem expetere, deinde respondere, non queri, quid reges actu agant, sed quid posito hoc principio sequi possit. Nam & DEO pro principio posito; reges possunt societatis leges pertulmpere.

§. 30. Nullo modo adsequi possum, qua ratione, posita societate pro principio Juris, sequatur, poni aliquod DEO co^zvum, quod totum genus humanum obliget. uti nec illud, quod DEUS consequenter jus illud ex societate flens probaverit, nec improbare potuerit, quasi per se bonum & justum. Nam, ut dictum, neque Grotius, neque alius quis ex recentioribus supponit quid aut extra DEUM, aut præter DEUM, ad quod DEVS in fundando jure respicere cogatur: Sed omnes, opinor adfirmant, cum DEUS humanam societatem, uti est; considererit, eum non posse aut velle improbare, qua ex societate constituta fluant: & hoc est, quod illi per se bonum aut malum esse afferunt: ne videantur ex solo iustu ejus jus suspendere. Certum quippe est, id ex sanctitate DEL fluere. Licet vero ex verbis nonnullorum in sequiorem sensum arreptis, alia interdum deducere soleamus, non tamen afferendum est, eam idcirco esse illorum mentem. Repugnat enim id sensui communii, nec non principiis uno animo ab omnibus receptis, qua ex extra DEUM nihil existere indicant.

*Deo nihil co-
avum poni
debet.*

§. 31. Objicere porro poteras, prima illa Naturæ, qua cum Stoicis Grotius omnibus animalibus inesse statuit, non sequi ex societate, atque ita ex ea non omnia deduci posse, ne obligationem quidem: cum tamen Grotius afferat socialitatem ex primis illis Naturæ sequi. Unde ergo erunt prima illa? Merentur hæc accuratiorem inspectionem. Videndum ergo quid sint prima Naturæ: deinde, unde orientur: his cognitis Ipse judicabis, an societatem oppugnant, an non, Sunt vero illa, ut verbo dicam, ex mente Grotii, appetitus & impetus animalium ad eorum conservacionem tendentes; illisque con-

*An ex primis
Naturæ omni-
a possint de-
duciri.*

nati. In hominibus Grotius ea vocat cap. 2. §. 1. n. 2. appetitiones animi. Unde vero sint prima illa Naturæ si quæris, dicam, ea animantibus & hominibus omnibus a Natura indita esse: vel si diligentiorem eorum descriptionem & originem desideras, adire poteris Cartesium docentem, quod sunt motus automati cuiusdam. Nam summus Aristoteles, quid illa sint, ignoravit, vel explicare non potuit.

an sunt ex societate?

§. 32. Siergo sunt a Natura, certe non sequuntur ex societate. Ita est, Sunt enim cæci impetus, motus sanguinis; in homine ea passiones forte dixeris, vel illis similes: sunt impetus ratione carentes, & sine ratione excitati. Non possunt ergo illa ex societate tanquam principio deduci. Hæc enim est nescio quid, quod DEUS & natura inter homines constituit, qua in unum aliquod Corpus mysticum conjunguntur, quod non nisi mente, intellectu, ratione percipi potest, ad quod intelligentum omnes omnino homines, qui sunt, fuerunt, & futuri sunt, certe eos qui sunt, mente comprehendere debemus. Ad prima vero Naturæ percipienda sufficit uiam hominem, vel quodlibet animal, ejusque in pectus intueri, quibus ad sui conservationem omne id faciat, quod potest. Facile ergo intelligis ex societate non venire prima. Nam non minus illa, quam hæc sunt a Natura, & diversam plane originem habent. Ad societatis quippe intelligentiam non opus est considerare prima illa. Societas enim est respectus, ut dixi, inter plures, est incorporale quid. At prima illa sunt motus physici, vel ex motu sanguinis cuiusque animali oriuntur. Illa igitur se mutuo non tangunt.

*Non nocere
societati,
quod prima
ex societate
non fluant.*

§. 33. Verum ergo est, prima illa non sequi ex societate. Sed anne exinde sequitur, Ergo, non omnia possunt ex societatis deduci? Primum impetus animalium nullo modo hoc pertinent. Non mirum ergo, si illa ex societate hominum non fluant. Et hinc certe nullus defectus poterit principio societatis imputari. Nihil quoque eidem principio decedere videtur, si impetus hominum exinde non sequantur. Nam id quidem ab illis exigere possumus, qui principium illud societatis

tis defendant, ut demonstrent, quomodo omnes propositiones & conclusiones Iuris ex illo principio deduci possint; non verout motus physici sanguinis ex eodem principio deducantur. Nam motus sanguinis non dependent a societate, nec ab illa se regi patientur. Motuum illorum regimen commissum est rationi, si hominem spectes. Jus a jure fluit, indeque necessaria consequentia & argumentatione, quam ratio instituit, deduci solet; & si id ante incognitum fuit, in mente nostra tum primum existere incipit. Sed per argumentationem de societate nec existere incipiunt prima, nec aliter fluunt, sed motus automati excitatus producit illos. Non igitur nocet principio societatis, quod prima illa non fluant ex societe. Nam alias exigere etiam quis posset, ut omnes actiones animalium fluenter ex societate; quæ omnes oriuntur ex impetu & primis illis Naturæ. Plura non afferam.

§. 34. Grotius recte dicit: prima commendant nos *Prima illa* quidem rectæ rationi, sed ab illis veniendum est ad rationem, *commendare tanquam dignorem, illamque omnimodo expetendam esse, quia nos rationi honestum in ea sit propositum.* Cum igitur ratione intelligamus necessitatem societatis, prima illa, tanquam corporea, rationi vel convenientiæ rerum cum ratione postponenda, honestum vero pluris faciendum esse, atque societatem etiam prævalere primis illis, hæc vero non aliter considerari debere, quam quatenus ad societatem conservandum faciunt. Hoc pacto prima illa demonstrant, homini jus aliquod competere, verb. gr. se conservandi. Hoc vero jus forte ex ipsa etiam societate probari potest, adeoque prima illa non quidem fluunt ex societate, ut motus physici, sed considerata ut jura. Jus enim ex jure fluere potest: non factum (quales sunt motus illi) ex jure. Conservatio enim nostri ad quam nos prima illa impellunt, est jus, & sic ex societate deducitur.

§. 35. At inquires, socialitatem sequi ex principiis illis, *An socialitas* Grotio id d. l. §. 1. n. 1. afferente. Si hoc ibi extat, multum *sequatur ex* interesse moneo, utrum dicamus societatem an socialitatem se- *primis illis?* qui ex primis illis. His enim verbis eadem significatione nullum periculosum est. *Socialitas enim, si quid video, & ex verbis col-*

ligere possum; est id, quo homo dicitur socialis & aptus ad societatem, adeo ut Natura etiam ad ea feratur. Sed *societas* est res ipsa inter homines constituta. Quandiu solus fuit Adamus, aptus quidem erat ad societatem, non vero vivebat in societate. Quod si autem verba illa unum idemque valent usu, nihil mutandum & cessat hæc observatio. Possimus ejusmodi verbis facilis negotiis carere. Id excidit, quod supra afferri debebat, Grotium dicto loco, prima illa Naturæ non referre ad jus, sed ea integra periodo a jure distinguere, atque asserere, quod juris notio sequatur prima illa. Quo igitur animo exigeret quis, ut prima illa ex societate sequantur?

*An ex societa-
te sequatur,
de omnibus
criminibus
dispensari
posse.*

§. 36. Hoc quoque contra principium societatis afferri posset si societas sit principium juris, de omnibus criminibus dispensari posse, & quidem ab hominibus, non item a DEO: quia ex natura societatis & per se hoc illicitum sit. Sed hoc argumentum non valet, nisi aduersus illos, qui affirmant societatem esse non solum principium cognoscendi, ut loquuntur, sed & essendi, & sic aliquid præter DEum, ex quo jus promanet, ad quam ipsa DEI voluntas alligata sit. Qui autem id unquam adfirmaverit, vidi neminem. Societatis igitur principium hoc non infringitur: nec Grotius sibi contradicit, dum assertit, non esse homicidium, quod Deo autore fit: sed accuratissime illud dubium tollit, ita ut melius non possit. Neque enim satis rem explicat, si dicamus, notos illos casus, qui in S. S. reperiuntur, fuisse ab aeterno exceptos. Id enim docet sensus. Ejusdem plane ponderis est, si quis diceret ipsam societatem a DEO constitutam esse, adeoque nihil a se ipsa, omnia a DEO habere. Nam id non solum concedi, sed & ultra artipi potest. Unde apparet, omni illa argumentorum mole sive pro societate, sive contra eam opposita nihil aliud effici, quam ut pateat rationi nostræ, etiam tum cum maxime rationalis sibi videtur & argumentis alios oppugnat, rationem opponi posse. Atque ita ad veritatis demonstrationem non satis virium habere.

An Grotius

§. 37. Id hoc laco proponendum adhuc videtur (cum mihi

mihi supra id agere sope volenti occasio elapsa sit, animo ad societatem pro alia converso) problematis vice: An probable sit, Grotium principio per societatem pro principio unico, adæquato & vero (ita enim fuerit. loquendum est) ponere voluisse, aut ullibi posuisse, cum iam solum & usum, quem nos hodie præ oculis habemus, quando de principio agimus. Ex principiis hominis internis. Ius profluere dixit in Prologom. n. 12. 13. An autem principii intentionem ullibi faciat, valde dubito. Fontis quidem juris meminit Prolegom. n. 8. 15. an vero hoc idem significari, ambiguum est.

§. 38. Majus dubium movet, quod Grotius per totum Grotium non opus paucissimas questiones ex principio societatis solvat, sed quænes questæ ex rationibus aliunde desuntis omnia decidat, adeo ut & tiones ex fictione conjecturis satis longe plerunque petitis utatur. Cum enim cuncte decisiones fuerit Vir vere eruditus neq; probabile videatur, illum eorum, quæ dñe. in Prolegomenis summo ingenio & summa necessitate præmisserat, adeo immemorem fuisse, & , quod fundamenti loco toti operi (quod in formam redigit disciplinam fere sepultam & tot hominum ineptiis obruam & obscuratam) subtraverat, ejus tam raram, ut nullam plane mentionem fecisse: dubium inde videtur, utrum in animo habnerit tale aliquod principium stabiliendi: an vero alia plane Vir ille præstantissimus de Jure Naturæ cogitaverit. Tria enim sunt, quæ probabilitet asserere possumus: unum, quod plane a vero turpiter aberravit, tale principium nobis obrudendo, quod nulla ratione pro tali habendum videtur, nec quod ipse forte pro tali habuit, quia id in perficiendo opere ipsi inutile fuit: alterum est, quod de tali principio, quale nos, nescio qua de causa, nobis formatum, non cogitaverit: denique, quod illa, quæ de principio illo breviter & succincte tradidit, vera sint & cum natura rerum convenient.

§. 39. Vera cum dixisse crediderunt multi, quibus placuit novum systema huic principio superædificando exstruere hac casionem forte ratione moti, quod Grotius principio suo non satis fu- præbuit. sy- exit usus. Quæ igitur hic neglexit, illi supplerent, sistemati Na- ut turae.

ut Jus Naturæ ad fastigium illud deduceretur, in quo nunc constitutum est, summaque scilicet manus illi imponeretur. Forte etiam aliam rationem habuerunt. At quidquid hac de re sit: nobis non bene consultum est, si mentem Grotii ignoramus, & nescimus, quid voluerit, dum materiam disputationis suppeditavit principio aliquo posito maxime cum nihil ea re consecuti sumus, quam ut in hunc usque diem verum principium ignoremus.

Negata societate civili, non negatur societas universalis.

§. 40. Est & alia quædam hypothesis, qua dicitur, Jus a Creatoris voluntate profectum, manere jus, et si societatis studium nullum inter homines esset: adeoque tolli principium juris, salva juris existentia, & consequenter sublata societate Jus tamen manere. Periculum faciam, an intelligam, quod dicitur. Primum igitur puto sermonem esse de societate civili, vel alia ab hominibus constituta, seu de exercitio societatis actuali. Hoc sensu: si homines nullam societatem colerent, sed solitariam plane vitam agerent, maneret, tamen Jus Naturæ. Hoc nihil verius videtur. Nam probatur exemplo Eremitarum & latronum, quorum illi solitariam vitam vivunt ab omni hominum consuetudine alienam, hi vero ut hostes societatem oppugnant. An vero exinde probatur societatem non esse principium, quæso judica. Qui societatem principium juris statuunt, illi non ponunt, ut puto, societatem actu inter homines vigentem, externam illam & civilem, vel quolibet commercium hominis cum homine. Quis enim adeo stultus eset, ut velit actiones hominum pro principio juris venditare? At illi societatem a Natura constitutam pro principio ponunt, non prout in actum ab hominibus deducitur, sed, prout Natura eam custodiri voluit. Argumentum igitur illud eos non tangit. Sublata igitur societate civili ab Eremitis, nou aufertur societas universalis eorum, cum omnibus hominibus, quia homines sunt. Idem est in latronibus. Manet ergo in iis principium.

Ex societate. §. 41. Si certe explicetur Societas, poterunt forte omnium multa derivari ex illa deduci: saltet argumentum dabit, ut de omnibus quæri possunt.

ramus, vel nos eo ducet, unde omnia derivari possunt. Sed vide, an satis recte ea utamur? an nota sit omnia quæ ea continentur? plura forte ibi latent, quam quos existimaverit. Ego eum qui præfracte principio societatis inhæret, non credo vim sanctissimi principii vel cludere vel effugere velle. Nisi a-perte id profiteatur.

§. 42. Non pugnat, omnia juris præcepta *ultimo ex ultimo de-*
societate deducere, & tamen DEUM supponere. Nulla quip-
pe fronte negare potest ratiocinandi aliquo modo peritus,
toto cœlo diversam esse argumentationem qua præceptum a-
liquod juris ex alio deducimus, idque ex eo cur sit, & quomo-
dio verum & justum sit probamus, ab eo ratiocinandi modo, quo
in genere probamus, illam propositionem, quam priori ratioci-
natione invenimus ex alia fluentem, ideo habere vim legis &
juris, quia DEUS omne id jus esse voluit, quod ex certo ali-
quo principio, verb. gr. societate fluit. Hic dicas solum, jus
esse, quia DEUS id voluit: ibi vero ipsam propositionem,
qua materia est juris, invenis, eamque ultimo ex societate
fluere demonstras, et si, ut dixi, vim Juris a DEI jussu habe-
*at. Ita enim sine dubio *ultimo* quid demonstramus, ut ne-*
xum unius cum altero ostendamus. Atque ita desiderio ejus
satisfacimus, qui demonstrationem exigit, si ostendamus veri-
tatem alicuius propositionis ultimo probari ex societate. Hoc
enim ostendo, nemo ulteriorem probationem jure exigeret,
quia ulterius pergere vel ascendere non possumus. Verum si
dicas, DEUM superiorem esse, qui efficiat, ut quid vim le-
gis habeat, vel jus sit, cum sine eo non sit jus, hæc quæstio cum
priore non debet confundi, & ante ostendamus.

§. 43. Notandum etiam est, sine ullo damno aut pericu- *Supponi* *et*
lo scientiaz nos quid supponere: imo, ut id faciamus, omnino iam quedam:
requiri, ac inter veros hujus disciplinae defectus recensendos esse, possunt.
quod nesciamus supponere, quæ supponenda sunt, tanquam no-
ta & certa. Supponunt enim & Mathematici quedam axi-
omata, quæ talia sunt, ut sine illis nihil possimus efficere. Quæ
ita supponimus, vel nota omnibus & confessa esse, vel simili pro-

bari debent. Illis semel probatis vel agnitis non opus est accusare eum, qui singulis lineis rationes eorum non inculcat, & facetur inde demonstrationes posse deduci: uti facere sollemus, quando alios accusamus, quod non DEUM, sed societatem juris principium dicant. Exemplum physicum est in aqua, quam multi ex veteribus pro principio ultimo omnium rerum creatarum habuerunt, ita tamen ut DEUM auctorem aqua crediderint, aquam vero principium visibile & creatum: quod certe non pugnat.

Non facile est principium Juris & probandi modos determinare.

§. 44. Quid differat principium a modo cognoscendi & probandi, nolueris disquirere, sed potius illa cuiusque opinioni permittimus. Id certum est, nec principia, nec probandi modos arbitrio hominum relinquentur esse, illumque aequali in eo majori forte periculo scientiam exponere, qui modos probandi determinare audet, quam qui unum principium ponit, ex quo omnia probari possint. Vix Naturae nimis absconditae sunt, quam ut temere de illis quid pronunciari possit. Nullam etiam contradictionem involvit esse quid primura principium, & tamen multa jura non continere. Nam possunt forte plura dari prima principia, quorum neutrum omnia contineat.

An Grotius dixerit Jus Naturae dari est Deus non sed?

§. 45. An verum sit, quod vulgo dicitur. Grotium in ea esse sententia, quasi Jus Naturae detur; et si DEUS non sit, non disputo. Sunt quibus verba ejus nihil continere videntur, quod probet, cum tale quid in animo habuisse: Quia vero statuit illa veritati ideo convenire, ut nihil supra. forte id longa demonstratione eget.

An intrinsecas sit bonitas actionum?

§. 46. Omni plane vi destituitur illud argumentum, si quis ad probandum, intrinsecam bonitatem actionum non consideret in convenientia cum societate, hac ratione uiceretur, quia tota societas dependeat ex arbitrio sui Creatoris, tanquam res creata, quae facultatem sui Creatoris restringere non possit. Licet enim illa, ceu res creata dependeat a Creatore, postquam tamen creata & talis facta est, qualis est, potest & debet aliquid habere, quo talis sit; & si quis id ipsam intrinsecam bonitatem

tem velit adpellare, quid vetat? Nec quidquam impedit, quo minus convenientia illa cum societate actionem aliquam bonam faciat ex arbitrio Creatoris, qui bonitatem ex convenientia cum societate estimari voluit. Non sequitur itaque: Societas pendet ab arbitrio Creatoris. Ergo, in convenientia cum societate non consistit bonitas. Nam societas est aliquid: & per consequens habet convenientiam quandam cum homine. Quod habet, id habet a DEO ejusque arbitrio. Cum DEUS eam pro arbitrio semel fecit, voluntatem illam non mutat, Ergo, nec convenientiam. Atque ita arbitrium DEI & dependentia illa non pugnant.

S. 47. Ad argumentum, quod rerum veritates sint aeternæ & DEUS efficere non possit, bis duo sint quatuor, adeoque iis insit intrinseca bonitas, vide an recte ita respondeatur: DEUM asserere non posse, ut aliquid non sit numerus, quod numerus est: hanc autem necessitatem non esse extrinsecam, sed fluere ex perfectione divina, quæ DEUM mendacii reddit in capacem. Putet quis plane aliter respondendum esse, ut dubium tollatur.

An ex perfectione divina fluat, quod bis duo non sint quatuor?

S. 48. Recte dicitur: Unum est jus Naturæ, quia una est Distinctio DEI voluntas. Hoc tamen ipso non corruit ultro differentia nem inter Jus Naturæ in statu integro & corrupto: multo minus eo i- Natura sim- pliciter distinguitur Grotii l. 1. cap. 1. §. 10. inter Jus Naturæ sim- pliciter tale & pro certo rerum statu, quasi DEI voluntas ea- & pro certo demæterna & immutabilis sit: et si qua sit variatio, illa non sit rerum statu in Jure sed in rebus. An non jus cum rebus oritur & mu- &c. non tol- tatur? an non jus accommodatum est Naturæ rerum, sal- lere unitatem Juris Naturæ.
va voluntatis divinae aeternitate, quæ res hoc vel
illo modo voluit oriri & in-
terire?

CAP. VII.

De Juris & Virtutis Distin-
tione.

§. I.

Dubium esse
an ex omni
voluntate Dei
Jus fluat,

Plus est in veritatis evidente cognitione Fructus & voluntatis solidz, quam in opinionum aut falsarum, aut speciem veri habentium consideratione. Errores tamen quia speciem veri habent, facilius admittant homines, quam veritatem, quæ solet esse obscurior, & hominum mentibus, opinionibus atque affectibus contraria. Nescio an satis certum sit, non omnem voluntatem divinam jus facere hominibus, sed eam solam, qua DEUS quid fecit eum in finem, ut juris loco sit. At sic ita. Summa tamen artis opus est demonstrare non solum voluntatis, que hoc jus esse voluit, illud non item, sed & ipsius juris ex diversa illa voluntate venientis differentiam. An perinde sit, sive dicas, non ex omni voluntate DEI Jus oriri, sive non ex omni voluntate DEI obligationem oriri, non defino. Qui totam juris Substantiam putat, in obligatione consistere, & credit ad principium juris intelligendum sufficere, si ad fontem obligationis recurramus, ille forte malet dicere, non ex omni voluntate DEI obligationem oriri. At frustra hac de re disputamus, antequam satis constet, posse voluntatem ita dividiri, ut una Legis vim habeat, altera non.

An detur Jus
preceptivum
& permis-
sum.

§. 2. Voluntatem DEI dicimus esse vel permittentem vel præcipientem. Fundamentum hujus distinctionis indicare admodum difficile est. Nihil enim cogitari potest simpliciter, & ut sine ulla lege sit aut fiat, permitti esse: non magis quam corpus aliquod, vel aliud quid sine forma, modo & fine intelligi potest. In vulgus constat, hominem nihil ratione aliqua sive vera sive falsa, agere. Regit enim illa totum hominem adeo ut nihil imperio ejus exemptum sit. Semper quis puta-

bit se recte agere & cum ratione. Quare si nihil datur, quod & rationi subiectum non sit, & certum modum non habeat, in quo ponetur jus permittens?

S. 3. Non dubito quin dicturus sis, illud consistere in facultate & libertate agendi, verb; gr. dominium adquirendi, matrimonium contrahendi &c. quia voluntas permittens sit, qua actus aliquis arbitrio hominis hactenus relictus est, ut non sit ipsi necessitas imposita hoc vel illud faciendi, aut non faciendi: quamdiu autem illam impositam esse non appareat, intelligi actum arbitrio hominis relatum. Sed haec libertas atque facultas physica non est jus, sed potentia physica neque potest illa infinitum concessa intelligi. Nihil enim est, quod non habeat finem, Facultates igitur illae & libertas illa physica est materia juris, est chaos illud, quod formari debet a Legi; quemadmodum adspetabilis hic mundus formatus est a spiritu DEI ex chao. Facultates igitur illae non sunt jus, quod per rerum naturam impossibile est. Si enim jus essent, incep-
simi omnium essemus, si de iure quereremus. Nunquam etiam cogitari potest, eas vel per momentum sine jure, quad illas regat, existere. Inutiliter igitur ab eo separantur, & quod pessimum videtur, Jus ex ipsis conficitur.

S. 4. Deinde fallacia quedam est in illa distinctione. *Jus seu lex an-*
Quando secundum voluntatem DEI Jus quoque dividimus in effit dividi in-
permittens & præcipiens, per jus sine dubio intelligimus te- præceptum &
genu vel simile quid. Sed facultas in homine per rerum na- facultatem
turam non posset esse lex aut jus; & lex atque jus non potest *hominis physi-*
dividi, ita ut una ejus pars sit facultas agendi physica, quæ sam?
est in homine, altera vero pars, præceptum aliquod DEI vel
juris, aut legis aliquid prohibentis aut vetantis. Quod si per
jus permittas non intelligas facultatem physicam, sed mo-
ratem & justam, qua nempe homo quid juste agere possit,
aut non possit pro lubitu, eo ipso *Jus* dicis, quod modum
ponit rei; & vel in præcepto est, si fiat secundum modum,
vel in verito, si ultra inodum. Afferimus quidem ad Jus per-
mittens pertinere illa, quæ possumus facere & omittere pro
lubitu.

lubitu, quæ justæ sunt & omittuntur ex arbitrio facientis. At fieri nequit, ut talis actus detur, qui sine modo recte sit. Ejusmodi enī actus non esset voluntati divinæ, aut rationi subjectus: quod adfirmare primis omnium rerum principiis repugnat. Inquies forte, DEUM voluisse, ut actus quidam soli hominum arbitrio permittantur: sed (1.) DEUS id non potest. Repugnat enim naturæ ejus. Nam in his actibus homo esset DEO æqualis, & DEUS hominem sibi parem fecisset, miserrimam creaturam. (2.) Quamvis pendeat quid a solo nostro arbitrio, nemo tamen erit, qui in eo agendo aut omittendo non sequatur aliquam rationem. Et si rationem habere potest, subjetat certe illi, nec simpliciter est permissus actus, sed subest regula; et si illam non semper intelligamus. Id enim affirmari potest, nos soepe ignorare leges, quibus actus quidam reguntur, non vero illos carere lege & regula. Quæ igitur ad Ius permissivum pertineant, non satis liquet, atque ex exemplis, quibus rāgo utimur, id vix colligi potest; ut de aliis cogitandum, atque ipsa distinctio melius explicanda videatur.

Jus preceptivum pertinet etiam ad cogitationes humanas.

§. 5. Docemus voluntatem præcipientem esse, qua necessitas agendi, vel non agendi imponitur, atque adeo obligationem & vinculum juris inde oriri. Hanc vero obligationem non posse extendi ad cogitationes & conscientias hominum: quia excedat modum humanæ potestatis, cogitationibus poenas statuere, & conscientiis legem dare. Puritatem animæ juri humano ejusque poenius non subiacere. Non errare eum extimarem, qui obligationem juris præcipientis etiam ad cogitationes extendi posse adfirmaret. Nam quæ lex præcipit, ne occidas, illa etiam præcipit, ne cogites occidere. Cogitatio enim occidit aliquem, ille ideo peccat, quia cogitavit occidere, & occidit: & qui occidit, non autem cogitavit occidere, ille non peccat alias enim etiam homicidia casu facta vera effent homicidia. Igitur ad voluntatem & cogitationem Lex Naturæ pertinet. Ita vero dicendum est. Legem quidem ad cogi-

cogitationes pertinere, homines vero nulas poenas eis pone-re, propter causas, quas hic affere non est necesse.

§. 6. Quæ vero hæc est argumentatio: obligatio voluntatis divinae præceptivæ non potest extendi ad cogitationes, quia excedit modum potestatis humanæ cogitationibus poenas statuere & conscientiis legem dare? si voluntas præcipiens in foro divino extenditur ad cogitationes hominum, lex etiam humana (quæ Legem Naturæ, seu voluntatem DEI præcipientem si non intelligit, sequitur, ejusque obligationem agnoscit, certe intellectam sequi debet) utique posset & deberet eodem modo leges illas sancire: alias enim imperfecta foret. Nec conscientiis homines dant leges, quando cogitationibus poenas statuunt, sed legem cogitationibus a voluntate præcipiente dictatam proferunt & inculcant. Etsi eniū homines non semper poenas cogitationibus statutas possint exigere, quia eas nesciunt, possunt tamen, quia lex illis non minus scripta est, quam actionibus, atque ita non excedunt omnino filii poenæ modum potestatis humanæ. Nec novum est, ut conscientiis lex dicatur secundum verbum DEI revelatum, cur ergo non secundum Jus Naturæ præcipiens? nam & hoc est voluntas DEI, ut omnes docemus. Ponamus autem excedere modum potestatis humanæ cogitationibus poenas statuere, quis ideo affirmaret, nec obligationem voluntatis divinae præceptivæ extendi ad cogitationes? Nec sequitur; non est res arbitrii nostri, mentem a malis cogitationibus puram servare, ergo Jus in foro humano non extenditur ad cogitationes. Quis enim ita concluderet: non est in potestate hominis possum omnes actiones suas ad legem conformare. E. Lex in foro humano non pertinet ad actiones?

§. 7. Actus humani non sunt ejusdem valoris aut pretii, *Cia Deopla-*
sed alii aliis perfectiores. DEO placent perfecta, & quo per-*ccant perfe-*
fectius quid est, eo magis ei placet: remunerabit etiam quæ se-*cta?*
cundum omnem virtutis perfectionem a nobis sunt. Si ratio-
nem exigas, non dicam, quia est perfectissimus præmiorum
dispensator, existimarem enim me idem per idem probare, frita
argu-

guimentarer: DEUS largius remuneraturus est, quo perfectius quid agitur, quia est perfectissimus præmiorum dispensator: sed duplē ajo quæstionem esse unam, cur DEO placeant perfecta: alteram cur perfectas hominum actio^{es} sit remuneraturus. Prima quæstionis ratio est, quia ipse perfectissimus est & sanctissimus, atque nihil, quod imperfectum & impurum est, ferre potest: qui non potest non amare, quod sibi est quam simillimum. Cur autem remuneraturus sit, est hæc ratio, quia iustus est & benignus, atqui ita suum cuique tribuit pro meritis. Nihil impuri attingere, eoque frui potest. Ratio itaque ob quam D^O perfectiora magis placeant, quam minus perfecta, non est in eo sita, quod ipse perfectus est dispensator, sed quia ei perfecte placent perfecta. Remuneratio & præmiorum dispensatio est consequens beneplaciti divini. An & quomodo perfectionis dentur gradus, & quem remunerandi modum & rationem DEUS sequatur, cum sit altissimæ indaginis quæstio, non examinabo.

An alia sit voluntas DEI, que necessitate imponit. Et alia que virtutes relinquit arbitrio hominum?

§. 8. At sit ita, perinde enim Tibi & mihi forte esse videbitur, an DEO perfecta placeant ut dispensatori, an vero ut perfectissimo, an ut justo & benigno, Omnia enim quæ de his rebus balbutiendo proferre possumus, ultimo pendent a summa DEI perfectione. Illud diligentius considerandum, possitne exinde inferri, aliam esse voluntatem DEI, qua absolute agendi necessitatē imponit: aliam, qua virtutis exercitium relinquit potestati hominum, ita tamen ut DEO gratum sit, si illæ exerceantur? Non tantum obscura admodum consequentia est, sed & idem per idem probari videtur. Ais enim, DEUS bene & ex virtute agentibus præmia perfecte distribuit, Erg. actus illi, qui præmia merentur, in hominum arbitrio sunt posti. Id probari debet. Idem est, ac si diceres: est aliqua voluntas DEI permisiva, quæ nullam necessitatem imponit, sed hominum arbitrio actus virtuosus relinquit: vel actus quidam relinquunt potestati hominum, ad quos homines non obligantur, nempe actus virtuosi. Hæc accurata indigent probatione, ut dictum, Et si virtuosi sunt actus, qui arbitrio

bitrio hominum relieti sunt, non debent exempla populi in actibus quibuscumque, illi enim non sunt simpliciter virtuosi, sed ita si secundum virtutem fiant. Possunt enim & sine virtute fieri.

§. 9. At probabitur forte ex eo, quod alii actus esse nequeant, qui ob perfectionem DEO placeant, felicitatisque præmia tum placeant ab eo exspectent, quam qui hominum arbitrio relieti sunt; actus illi, qui quia in illo nulla virtutis sit ratio, qui necessitate præcepti quid arbitrio bagit, cum non sua voluntate, sed necessitate legis agat. Per minum ratione pendamus, quæ dicuntur. DEO non placent ob perfectio nem, nisi illi solum actus, qui arbitrio hominum relieti non sunt. Ergo qui actus arbitrio hominum relieti non sunt, sed ex necessitate legis sunt, illi licet perfecti sint, DEO non placent: & per consequens & aliquid perfectum, & quidem secundum voluntatem DEI præcipientem, quod DEO non placet. Non puto Te haec probare. Nogandum quippe putabis, in eo, qui necessitate præcepti quid agit, nullam esse virtutis rationem: quia non sua voluntate, sed necessitate legis agit. Si lex affert alicui necessitatem physicianam per viam externam, ibi illa, cui vis infertur, coacte agit sineulla virtutis ratione, quia ille re vera sua voluntate non agit: neque enim servaret legem, nisi cogeretur: opus legis exteraum facit propter metum mali imminentis, legem vero non servat. Talem vero viam legem Naturæ vel Deum inferre inauditum est. Experientia potius & sensus communis docent, Deum permittere, ut homo suo arbitrio legem servet, aut non servet: non cogit eum, nec obtrudit ei voluntatem suam licet præcipientem.

§. 10. Verum est, illas actiones placere DEO, quæ ultro fiunt ex libera voluntate: at omnes actus hominis lege subjici, etiam arbitrio hominum relieti sunt; quia contradicunt, & cum quendam esse hominis, & non esse in ejus arbitrio positionem. Lapis enim vel animal nullum habet arbitrium, ejusque actus non possunt DEO placere, uti hominis actus: quia lapis nihil agit, si ab alio moveatur; & animal agit quidem, sed legem non intelligit, nec voluntate uitur: adeoque nec hujus actus

Deo placente
actus illi, qui
ultro & spon-
te sunt,

Q

Deo ita placet, ut actus hominis perfectus. Nulla ergo est in eo virtutis ratio, qui invitus metu poenarum cogitur ad factum virtuti convenientem. Justum non dicimus eum, cui exactior imminet, & solutionem ejus quod debet, extorquet: gratus non est, quem Judex cogit ad gratitudinem; quod & Seneca videt. Sed in eo, qui legis praeceptum sequitur. Et volens ac sua sponte implet, nullam perfectionis aut virtutis rationem esse, quis crederet?

**DEO placere
etiam actus,
qui sunt se-
cundum Jus
praeceptivum.**

s. 11. Cum igitur necessitas, qua legem comitatur, non sit physica, supra jam diximus, nos optare, ut qualis illa sit, quis explicaret. Certe non est molesta nobis necessitas, quia Iugum DEI non est dutum: nec voluntati contraria est. Qui enim legem servat, illam volens servat: & quia omnis virtutis laus & vis consistit in voluntate, hinc qui volens servat quod est juris praeceptivi, ille ex virtute agit, & actus DEO placet ceteris paribus, si neinpe vere sit ex virtute, non ut illi, qui volunt vide ri & non sunt. Nisi vera sit, qua deo ut omnino necesse est, ut omne quod agitur ratione illa, cuius omnes corripotes sumus, vel etiam perfectissima suadente, non agatur ex voluntate nostra, sed necessitate legis, atque ita DEO non placere. Id facile patet, me etiam non affirmante. Nam est certe praeceptum DEI, ut homo ratione sua regatur, & secundum eam (veram scil. & rectam) agat. Igitur ratione sua utitur homo ex necessitate legis, & per consequens non agit sua voluntate, atque ita tandem omne, quod ratione agitur, DEO non placet, quia ex necessitate praecepti sit. Usum autem rationis in praecepto esse ex eo docemur, quod absurdum est cogitare, DEUM velle ut contra rationem, vel sine ea agamus: Sic enim nos subjiceret bestiis. Antem nos velit supra rationem ascendere, plures negabunt, quia impossibile videtur: & recte, si rationem perfectam & ἀληγονίην intueamur. Quod si autem omne id, quod ratione sit, non sit ex voluntate nostra, neque arbitrio nostro relictum, sed necessitatis est, quid tandem erit quod a voluntate regatur illique subsit? In usu illo generali rationis nostræ, necessitas evidenter apparet, quam illa alia in

rg:

re: quia totam rationem abnegare non possumus, licet re-limus; nisi forte quis in furorem delabatur: at tum præter voluntatem suam, etiam rationis usu privatur.

¶ 12. Quare si id, quod ratione agitur, etiam ex voluntate agitur, consequens est, ut actus, quibus jus præceptivum ser-vamus, etiam voluntate nostra fiant, illisque insit virtutis ratio. Voluntatem enim DEI præcipientem non dicam esse rationem nostram, at certe non repugnat rationi, imo optime illi convenit. Igitur, ut dixi, virtutis ratio potest illam comitari, qui se ex necessitate præcepti agit; vel dicendum, omni virtutum exercitio deesse rationem, aut ei contrariari.

¶ 13. Dubito quoque an eam sententiam ut veram sis amplexurus, qua dico posset, Deum actus aliquos arbitrio hominis ita reliquisse, ut in illis nullam plane habeat legem præter propriam suam voluntatem: si tamen homo secundum virtutem & perfectionem quid agat, præmium mereri ex iustitia DEI: sin autem secundum legem actiones suas componat, nullum præmium mereri, & DEO non placere, et si secundum legem agat. Etenim si tales actus dantur, quæ a mero hominum arbitrio dependent, in illis homo a DEO indepen-dens, & æqualis illi dicendus est; quod nec pietate nec veritate salva dici potest. Deinde immensis certe videbatur illis rebus & verbis inesse pugna, actum aliquem non esse necessi-tati legis subiectum, & tamen dati quandam ejus actus per-fectionem, quæ, quod magis est, DEO placeat, & quæ præmium mereatur. Quid igitur est perfectio actus? in quo consistit? Nonne hæc perfectio actus est, quando actus ad legem aliquam ita accommodatur, ut cum ea conveniat, ira ut nihil desit, nihil addi possit? Quando ergo perfectionem dicimus, legem ponimus, aut fatemur imprudenter nos nescire, quid sit perfectio vel an datur quædam perfectio in hoc universo, quæ non fit a DEO, aut in DEO, sed extra eum? At forte DEUS ali-quam perfectionem noluit instar legis esse. Itane vero. Ergo illis, quæ DEUS lege præcepit, nulla inest perfectio? illaque nec bona sunt, nec pulchra? an is, qui omnia implet, quæ legis sunt,

*An dentur a
ctus humani
qui nullam
plane habene
legem qui ra-
men perfecti
sunt?*

sunt non est imperfectus secundum legem? vel an Deus imperfecta voluit ea, quibus legis necessitatem addidit, illa vero qua arbitrio hominum reliquit, perfectiora? nonne tota Lex DEI & Nature perfecta est? Cur non diecremus potius DEUM actibus perfectis vim legis addidisse, & imperfectis nullam? potestne quis Legem DEI ut imperfectam considerare, vel concipere bonum & perfectum esse sub lege, melius autem & perfectius ejusdem non subiacere? An ergo melius & perfectius non est, bonum & perfectum, ut sub lege sit & que ac hoc? qua ratione fieri potest, ut DEUS nolit perfectissima a nobis observari; cum ea, qua ut talia affirmamus, forte multum a perfectione absint?

Non est imperf. §. 14. Si lex aliquem cogeret vi adhibita, omnes cogere perfectio negaret: quia ad omnes aequaliter lex pertinet, & sic omnes honestate Legis minores essent justi, quia omnes cogit necessitas illa, quibus lex adiungi ad agendum data est. Lex autem dicit, qui malus est, sit malus, qui bonus, sit bonus. Et qua est illa necessitas, quam preceptis imponit? que est vis illa, qua nos magis justos esse cogit, quam liberales, humanos, &c.? An ergo justitia non est virtus? Si est virtus, cur ad illam potius cogimur: quam ad alias virtutes? cum tamen reliqua omnes hanc multum antecedant præstantia, & magis DEI imaginem referant, quam justitia. Qui justi sunt, illi certe sua voluntate justi sunt, non minus quam qui grati sunt, & liberaliter bona sua aliis concedunt. Non est igitur maxima imperfectio tali necessitate ad agendum adiungi? & si esset quædam imperfectio, non tamen major esset, eadem necessitate legis ad liberalitatem & gratitudinem adiungi, quam ad justitiam.

en contrari- §. 15. Hæc vero sententia tantum abest, ut ex verbis Ser-
um probetur vatoris *Luc. XVII, v. 20.* probetur, ut eadem potius verba nobis favere evidentissimum sit. Inquit enim Christus: *Si demum, quod obligati estis facere feceritis, dicite, immerentes servi sumus, quia, quod debuimus facere, fecimus.* Dicit, quando facitis ad quod obligati estis, eo nihil meremini. Atqui alibi satis docet nos ad omnes virtutes obligari: ergo omnium etiam

iam virtutum exercitio nihil metemur. Sed immerentes servi sumus. Non ait ad quædam nos obligari, ad quædam non : multo minus vult, si fecerimus ea, ad quæ non sumus obligati, nos mereri præmium. Sed omne plane meritum aufert ; ve-
rat C^Hristus nos gloriari facientes ea, quæ debemus; nec spe præmii nōs vult alicere, sed, ut ejus coⁿtemplatione quid faciamus, prohibet, dum inquit, dicite vos servos nihil merentes : quo tamen ipso non vult, ut se revera æg^entia id est inutiles credant, cum fecerint omnia, quæ debent, sed ne opinione alicujus meriti inflati intumescant, peccantes præmia, quasi re bene gesta , ad quam gerendam non erant obligati, & agnoscant potius obligationem, qua DEO tenentur, cogi-
tantes sibi talia incumbere. Nihil itaque præsidii est in illo textu. Neque ego C^Hristum introducerem vel supponerem unquam solventem pulcherrimum, quod in lege est, virtutum nempe exercitium. Noluit quippe C^Hristus nos decimare mentham, anethum, & cuminum, & quod gravissimum in lege est omittere. Nam sine ullo dubio hoc nomine illos damnat, qui legem putant in sola justitia foras projecta consistere, seque legi satisfacere, si nulla ejus verba servarent, reliquas autem vir-
tutes, ut & profundiores ejus sensus, plenamque ejus mentem parum ad se pertinere.

S. 16. Hactenus certe duplex illa DEI voluntas nec ex ^{aut consensio}
Natura, nec ex Scriptura Sacra apparuit. Neque consensus Gentium?
Gentium quidquam roboris ei addit. Nam (1.) Romanorum auctorum loca non indicant consensum Gentium. (2.) Gro-
tium ex consensu Gentium quid probantem ridere & exsibila-
re solemus. (3.) Autores Romanos ut Ciceronem aliquique dif-
ferentiam illam inculcare nemini mirum videri debet. Athoc
mirandum, quod hi pro sententia illa defendenda adducantur,
cum eam penitus evertant. Præter Ius enim Romanum, quo illi utebantur, adhuc aliud quid laudabile dicunt : agnoscunt illud jus non continere omnem justitiam, atque omne æquum & bonum, sed præter id , multa in tabulas publicas relata non esse, Seneca lib. 2. d. ira c. 27. hoc sic exprimit : Quam angusta

angusta innocentia est, ad legem bonum esse? quanto latius patet officiorum, quam Juris regula? quam multa pietas, humanitas, liberalitas, justitia, fides exigunt, que omnia extrapublicas tabulas sunt. Non crediderunt Romani ad ea, que extra publicas tabulas sunt nos non obligari. Alius enim stultus fuissent Legislatores, qui permetterent, ut id, quod aliquando juris non erat, in jus reciperetur. Nam si Natura se ad id non obligatos putassent, nulla fuit ratio, ut id oneris sibi imponerent, idque tanquam Jus constituerent. Exemplum est in fidei Commissis & gratitudine benefactoribus debita, aliisque multis. Imo dicam, homines ne'quidem tantum potestatis habere. Nisi enim Natura fecisset leges alias, homo homini nullam praescribere posset; quod maximum est argumentum, quo alii principium societatis impugnant. Cur autem multa hominum arbitrio relata, que tamen primum apud DEUM, ut ille ait, merentur, non sint comprehensa legibus Romanis, alia quæstio est.

*aut ex H.
Grotio?*

S. 17. Hugonem Grotium in opere suo incomparabili de Jure B. & P. hanc distinctionem inculcare, alii pernegabunt, dicentque eum in contraria plane esse sententia, idque ex multis locis etiam pro contraria sententia stabilienda allatis evidenter probabunt. Grotius quidem dari honesta quædam & laudabilia, non vero debita asserit: sed notandum est eum non superficiarie illa opponere vere debitum ex justitia, non vero pro nullo jure debitum habere. Ne ergo variis loquendi modis, quibus utitur, incauti decipiamur, cavendum est. Imo si vel asseret talia existere, id ad nos non pertineret. Sufficit enim loca afferri posse, quibus diserte nos ad illa laudabilia & honesta obligari affirmat. Admittit etiam confilia Evangelica ad vitæ eminentioris Studium pertinentia: sed illa nulla ratione pro hac sententia adduci possunt. Nullibi puto omnes virtutes praeter justitiam ad consilia illa refert; sed apices quarundam virtutum, de quibus dubitatet aliquis, an ad præcepta pertineant, quia vires & facultates hominum excedere, nec niū ad eminentis cuiusdam ingenii homines per-

pertinere videntur. Hæc igitur consilia cum orthodoxia religionis nostræ merito repudiet, a nobis etiam non solum improbanda, sed & plane a vulgarium virtutum obligatione & natura segreganda sunt. Singula Grotii loca, quibus distinctionem illam probare videtur, examinanda quidem essent, sed cum ea re non minus triduum augeatur, quam scripta hæc nimis extendantur, illa considerationi Tuæ relinquo. Sive enim Grotius distinctionem illam probet, sive improbet, nobis perinde est; cum nulla appareat ratio, obquam amplectenda sit.

S. 18. Videamus etiam de differentiis, si quæ sunt, inter *Jus & virtutem*. Antequam vero illas examinemus, præmit-
tendum est, si *Jus & virtutem* differre velimus, *jus accipien-*
dum esse pro eo quod a voluntate DEI præcipiente constituitur,
quod obligationem hominibus imponi, imo pro obligatione
ipfa. Nam qui in ea, quam diximus, sententia sunt, *obligati-*
onem dicunt oriri ex voluntate DEI præcipiente vel prohiben-
te: ex voluntate autem DEI permittente & proposita spe ve-
ra felicissatis alliciente oriri meritum virtutis. Primum igi-
tur monemus, non debere eum, qui differentias inter *Jus &*
virtutem assignare vult, verbo *obligationis & Juris* promiscue
uti, ita ut quod hic *obligationem* dicit, id alibi *Jus* appelleret.
Nam *Jus & obligatio* non sunt unum idemque: quia voluntas
DEI *Jus* constituit, dum id proponit vel sancit in *Natura:*
*obligationem vero infert homini ad *Jus* in *Natura* constitutum*
servandum. Sunt igitur diversa.

S. 19. At mittamus hæc & videamus quid differant. Pri-
mum illa in eo differre videntur quod *Jus* consistat in *suum cuique* consistat in
tribuendo; *Virtus autem in constante & perpetua voluntate, constante vo-*
luntate non
Idem est, ac si diceres: quod a voluntate Dei præcipiente pro-
ficiatur: id consistit in *suum cuique* tribuendo; quod vero a *etiam Jus,*
voluntate Dei permittente oritur, id in constante & perpetua
voluntate, in puritate & affectione animi positum est. Hic mul-
ta sunt observanda. Primum est, hoc modo definitionem justi-
tæ vulgo notam dividi, & posteriora ejus verba, *jus suum cuique*
tri-

tribuendi, adscribi Juri; priora vero, constans & perpetua voluntas, tribui virtuti. Unde consequens est, Deum præcepisse, ut suum cuique tribuatur ab homine sine constante & perpetua ejus voluntate : sequitur etiam, cum justum esse, qui suum cuique tribuit, et si nolit, si a judice, vel exactore ei invito extorqueatur, quod alteri debet. Saltem satisfecit præcepto DEI. Nam ad permissionem illam puritatem animi non obligatur, quia est in arbitrio ejus.

*Finis Juris
Nature*

S. 20. Jus Naturæ unice pro fine habere, & a Deo ideo constitutum videtur, ut homo puritate animi Deo similis fiat. At actus ille, quo alteri tribuimus, quod ejus est, si voluntatem tribuendi démas mere physicus, nihilque in eo sensus aut rationis est, nihil justi aut injusti. Quia igitur Lex solis hominibus fertur, intelligi nequit, illam soli actui ferri, ita ut animum agentis non simul afficiat. Hinc enim est, quod reliquæ res creatæ non habeant eas leges, quæ homini latæ sunt : videlicet quia legis opus est, ut mentem ratione præditam regat, illuminet, perficiat. Interest quippe Dei, ut homines ab omni cupiditate rerum alienarum, ab omni iniusta voluntate sint alieni, & per consequens, ut alienum, quod habent, volentes reddant, non casu. Nam voluntas non est immunis ab iniustitia, quamdiu alienum retinemus : nec pura est, et si nolentes restituamus, si iniustitia delectemur, animum iniustum & alieni cupidum retinentes.

*An recte op-
ponantur tri-
butio juris &
voluntas tri-
buendi?*

S. 21. Illa ergo vide, an recte opponantur, tributio ipsa & voluntas tribuendi. Sunt enim verba eiusdem definitionis, quæ genus atque differentiam iustitiae indicant. Si actus tribuendi a voluntate separandus est in iure, idem faciendum in virtutibus, & separandus v. gr. actus liberalitatis, quo in alterum beneficium conferimus, illaque tribuimus, quod nostrum est, a constante & perpetua voluntate beneficium conferendi ; atque dicendum (si quæ in hac doctrina est conexio & certitudo) voluntatem Dei præcipientem pertinere etiam ad actus illos liberalitatis, & illos etiam jus esse, virtutemque consistere in voluntate liberalitatem reliquasque virtutes exercendi. Sic doctrina cohæret. At qui in virtutibus actum a voluntate segregandum non judi-

Judicat, nec in jure id debet: vel ostendendum illi incumbit, quomodo in Jure id fieri possit, in virtutibus non item. Si quis enim secundz differentiaz loco diceret virtutem versari vel circa nostra clargienda, ut in liberalitate, vel perficienda, ut in patientia &c., is virtuti etiam actum adscriberet, contra ea, quz supra dixit, virtutem consistere in voluntate & puritate animi. Contradicteret ergo sibi ipsi: quia dicendum non est, virtutem consistere in sola voluntate & puritate animi, si in liberalitate etiam actus continetur. Et sic etiam nihil obstat, quo minus voluntas & puritas animi juri quoque jungi possit.

S. 22. At vero non debent, nec possunt in definitione *Num in justizie separari constans & perpetua voluntas ab actu suum cuique finitione tribuendi. Nam constans & perpetua voluntas in genere non satis separata constituit virtutem, sed constans voluntas precepta Dei servanda. si possit constans voluntas, & semper habet objectum, circa quod versatur. Unde nec constans illa voluntas sufficit ad virtutem aliquam in specie, ob eandem rationem, & quia suum cuique nos est iustitia suum cuique velle tribuere, ita tamen ut nullus tribuendi effectus vel actus sequatur. Neque etiam nudus actus virtutem aut jus constituit: Non virtutem; quia justus non est, qui non vult justus esse, neque homini imputantur actus a voluntate non provenientes. Alias enim & canes interdum justi essent dicendi: non Jus; quia nulla rationis specie dici potest, nudum actum tribuendi (qui quoniam voluntate caret, non est nisi motus rei de loco ad locum, & interum factum) esse Jus. Nam Jus & factum adeo diversae sunt naturae, ut nunquam commisceri possint. Sequeretur etiam DEUM & naturam nos obligare solum, ad nudum illum actum physicum sine voluntate nostra peragendum: id quod mera est impossibilitas, ut supra ostendimus. Nemini ex Gentilibus illa in mentem venerunt, nec talia unquam asserere ausi sunt, sed plane contraria, uti ex sola definitione justizie constat, Diversa quidem sunt, suum cuique tribuere, & constans ac perpetua voluntas. Quis dubitet? illud enim actus & opus quoddam externum est; haec vero actus mentis. At jus non consistit in audo illo actu.*

*Decipimus
intuendum*

§. 32. Monendum quoque est Jus & justitiam non debere promiscue ponи, ut v. gr. dicemus, *Jus in suum cuique tribuendo consistere, idque de essentia justitia esse, atque ita justificatione juris, tiam definiri in lib. 10. pr. D. de Jur. & Just.* Si enim Jus a Virtute differt, si justitia est virtus, non recte ab essentia justitiae ad Jus argumentum ducitur. Ut taceam illud argumentum nihil probare, sed Lectorem decipere duplici significacione juris, quae hic confunditur. Nam quando Jus in suum cuique tribuendo consistere dicitur, tale Jus intelligitur, quod voluntate DEI praeципiente est constitutum, Lex nempe vel praeceptum DEI. At in definitione justitiae Jus denotat facultatem hominis, meum & tuum. Quae igitur consequentia est; Justitia est constans voluntas alteri tribuendi, quod illius est; ejusque essentia in hoc consistit. Ergo Jus, id est, praeceptra DEI solum consistunt in suum cuique tribuendo, adeo ut ne voluntas quidem tribuendi in praecepto sit.

*Non agi rde eo
an virtutes
inter se differant, sed an
Jus & virtus.*

§. 24. Manifesta etiam exinde oritur contradicatio. Si enim Jus & essentia Justitiae consistit in suum cuique tribuendo, nulla sane differentia erit inter Jus & virtutem, sed τὸ tribuere pertinebit etiam ad virtutem, & constans voluntas spectabit ad Jus. Nec satis provide provocamus ad testimonium Ciceronis, aliorumque, qui justitiam a reliquis virtutibus distinguunt. Sic enim quæstio plane mutatur. Non agitur quippe de eo, an virtutes inter se differant. Nemo hominum, qui unquam fuerunt, haec de re dubitavit. Sed de eo queritur, an Jus & virtus ita differant, ut supra in questione esse diximus. Id vero ex differentia justitiae a reliquis virtutibus non probatur. Illæ enim alia plane ratione differunt. Jus etiam a justitia immensum distat. Nam Justitia est constans voluntas hominis: jus autem constans voluntas DEI, norma voluntatis humanæ, ut plura non dicam. Haec non debent confundi. Justitia a reliquis virtutibus poterat distingui; non vero Ius virtuti opponi debet. Virtus enim tanquam constans voluntas hominis sequitur legem, & voluntatem DEI præcipientem. Et quando eam sequitur, sequitur ad legem conformata, non potest illa

illa contraria reputari. Minus apte quoque dicitur, jus consisteret in suum cuique tribuendo. Nam jus, id est, præceptum divinum non tribuit, sed voluntas nostra, ad quam lex pertinet, tribuit secundum Jus. Jus voluntatem suum cuique tribuere jubar: unde & justitia definitionem accipit.

§. 25. Intactum relinqu non debet, quod dicitur: *per virtutem nunquam id, quod alienum est tribui.* Si enim hoc veniam est, justitia non est virtus. Nam illa alienum tribuit, quod enum tribuat. omnes fatentur. Ponimus enim essentiam justitiae in suum cuique tribuendo. At id certe alienum est, quod sic tribuit. Contradictoria igitur videtur illa distinctio & fundamento carere. Quod autem virtus in puritate & affectione animi consistit, id non impedit, quo minus alteri tribuat, quod alienum est. Possumus enim summa cum puritate animi, & cum affectu etiam alienum tribuere illi, cuius est. Nec solum possumus, sed & debeamus.

§. 26. Secunda differentia loco affertur: *quod Jus circa aliena versatur.* Id est, Jus vel lex constituta aut orta a voluntate DEI præcipiente versatur circa aliena. *Virtus autem nostra, Jus circa a voluntate DEI permittente orta, circa nostra?* Hæc differentia eadem est cum priore, nec potest ut nova proferri. Sed concedemus Jus (imo justitiam, sicutem loquendum) versari circa aliena: interim tamen justitia est virtus. Nec quenquam id negare existim: cum alias quid sibi velit distinctio illa intelligi nequeat propter tot contradictiones. Qui enim essentiam justitiae dixit in suum cuique tribuendo consistere, is negare non potest justitiam esse in præcepto. Sic autem versabitur illa non solum circa nostra, ut virtus, sed & circa aliena, ut jus. Hugo Grotius Lib. 2. c. 17. §. 7. n. 2. recte dixit apertitudinem minus proprie jus dici. Id est, ex eo, quod apti sumus ad aliquid, nos non posse jus aliquod ad id nobis assertare. Sed quid inde? Non sequitur: id alterius non est, quod illi aptum est, E. jus solum versatur circa aliena. Hoc sequitur: Ergo, id petere non possumus, tanquam nostrum, ad quod apti sumus; sed hoc solum, quod nostrum est. Et per consequens,

jus etiam versatur circa nostrum. Nam jus est non solum, ut suum cuique tribuamus, sed etiam ut nostrum petamus. Nec sequitur, *aptitudo non est jus*. Ergo, virtus versatur circa nostra. Denique H. Grotius non in totum negat aptitudinem esse jus, sed improprie saltē ita dicit. Non dicit nihil juris habere aptitudinem. Et quid si quis posset probare *aptitudinem eodem modo jus facere apud DEUM*, uti *Jus est jus inter homines?*

An Jus versatur circa res, que non sunt in nostro arbitrio?

S. 27. Tertia differentia esse potest : *quod Jus respiciat res, qua non sunt in nostro arbitrio : Virtus versetur circa que non sunt res, que arbitrio nostro relictæ sunt.* Admittemus hanc differentiationem, ubi probatum fuerit aliquid mero hominum arbitrio relictum esse : Deinde quod arbitrio nostro relictum est, id esse virtutis, nec aliud. Si enim hoc verum est, etiam justitia in nostro arbitrio est, atque ita nulla necessitas nobis incumbit, ut suum cuique tribuamus.

An ad virtutem inter homines propriam obligacionem seu necessitatem?

S. 28. Quarta differentia : *ad Jus non obligari ex pressione non oblige tisa necessitate reparanda injuria.* Aut vero ad virtutem exercitandam non esse inter homines propriam obligacionem seu necessitatem. Si inter homines solum hanc differentiationem locum habere quis statuit, concedemus quod dicitur. Sed ex jure, quod inter homines observatur, argumentum ducere ad naturam & differentias Juris, quod apud DEUM valet, minus tutum est. Apud DEUM que peccare eum, qui contra amorem peccat, quam qui contra justitiam, probabile est. Ceterum nemo dubitat, quin *Justitia & reliqua virtutes* differant: et si de hoc non sit quæstio, ut dictum,

Virtutem omissentes non puniri inter homines.

S. 29. Quinta : *Contra Jus agentes penitentia coegeri; virtutem vero omittentes non puniri.* Inter homines solum id procedit. Nos vero de natura cujusque Iure querimus ; non quid praxi humana obtineat. A Deo non puniendos esse, qui virtutes omittunt, nondum probatum est, nec unquam probari poterit. Aeternis suppliciis illos afficiendos esse, qui in exercitio virtutum negligentes fuerint, docemur in Sacra Scriptura. Escrivivi, & non dedisti mihi quo vescerer: sicuti, & non

non deditis mihi potum: Hospes eram, & non collegistis me: nudus, & non amicivistis me: agrotus, & in carcere eram, & non invisiſtis me. Matth. c. XXV. v. 42. Non sit ibi mentio eorum, qui contra Jus vel reliqua scelerata & flagitia committunt, sed tantum illorum, qui virtutes omiserunt.

§. 30. Sexta differentia esse poterat: quod *Jusitiam* *Jusitiam im-*
implentes nihil mereamur: ast virtutes exercendo omnibus plentes etiam
præmium mereamur. Suprà ostendi non defendi posse hanc præmissorū
sententiam. Nunc dicta recoquere nolo. Locus Scripturæ.

Sacra, quibus nihil tale dicitur, ad id probandum abuti non licet. Non opus est, ut contrarium ostendamus. Alii nob̄ dubitant, quin in præcepto sit, quod Salvátor dicit: *Estate per-*
fecti, sicut pater uester in cælis perfectus est. Malunt etiam magis præcepti, quam consilii loco id accipere. Quod virtutes ex benignitate DEI præmia manent, uti id Scriptura sa-
cra nos docet, hoc non efficit, quo minus ad virtutes oblige-
nur. Ponamus etiam in S. S. quedam ut consilia proponi;
non sequitur tamen, omnium virtutum, verb. gr. liberalitatis
exercitium, tanquam consilium spectandum esse. Ut S. S.
etiam auctoritate utamur, hic locus non patitur, ubi rationibus
ex natura petitis agendum est, si quid volumus, aut possumus.

§. 31. Septimæ differentia loco dicere posses: *contra Num actus*
ius omnem actum regulariter nullum esse: *detus vero, qui contra virtus*
contra virtutem fixat, non esse irritos. Afferuntur hæc, non autem sit nullus,
tem probantur. Grotii & Xenophontis testimonia hic nichil
valent. Rationibus opus est. At eadem ratio, quæ actum ju-
ri repugnantem nullum facit, eadem quoque annullat actum
contra virtutem patratum. Legem s. C. d. Legibus si quis luc
trahere vellet, nihil illa probaret, quia de Jure Civili agit, non
de Juri Naturæ. Hoc jure ostendi debet, quomodo & qua-
tenus actus nullus esse possit, ubi tamen Lex & iudex nullus
adest, qui causa cognita pro nullo quid declarat. Nititur et-
iam hæc differentia hoc supposito, quod i prohibitum non sit,
contra virtutem agere. Id vero cum non minus a verita-

R. 3. te,

te, quam pietate recedere videatur, etiam hæc differentia cum reliquis celsat.

Virtutis exercitium necessarium.

§. 32. Octavæ differentiæ loco afferri solet: *Jus semper dici a superiore, virtutem vero ab inferiore quoque inculcari docendo & monendo.* Verum est, *Jus statui a superiore.* Quanquam a Legislatoribus humanis non debebat argumentum summi ad DEum & jus quod in natura sancivit. Quod si igitur DEUS, ut superior, prædicti aliquid, quod faciat ad perfectionem hominis, quod hominem ipsi conformem reddat, quod DEO placeat atque acceptum sit, critne illud pro imperio habendum? potest ne dici in arbitrio hominum esse, utrum DEO conformes esse velint, an non, si DEUS ad hunc suum eos creavit? vel an conformitas illa consistit solum in jure, ut alteri suum tribuamus? Si virtutis alicujus exercitium non est necessarium, quæ tandem erit causa, qua obligemur ad juris custodiæ? cui fundamento inititur illa obligatio? nullane justitia inest perfectio? Si quæ enim adest, ad eam non erimus obligati, nec major hic incunbet necessitas, quam alibi. Quam ob causam obligatio ad jus introducta est? forte ideo, ut injusti & transgressores legis puniantur, justi vero ne laudandi quidem sint? At Christus laudat servum, qui pecuniam scenori exposuerat, qui tamen nihil, nisi quod justitia erat & juris, fecerat, illique promittit gaudium æternum. Nam locus ille Matth. c. XXV. exponi nequit de homine, qui virtutes exercuit, &c.

Virtutem quoque ab inferiore inculcari.

§. 33. Sed ut ad rem veniamus, *Jus quidem statuitur a quoque ab inferiore, at si vera hic oppositio statuenda est, dicendum erat.* *Virtutem statui ab inferiore.* Cur autem malumus dicere, *Jus dici a superiore, virtutem vero inculcari posse ab inferiore?* scilicet quia satis appetit, id salva veritate astri non posse. Nulla autem sic est oppositio. Sicuti enim dicebatur *Jus, si originem ejus spectes, non posse produci nisi a superiore, ita & debebat origo virtutum declarari, & ostendi unde illæ sint;* & quidem ex oppositorum ratione dicendum erat illas non habere ortum a superiore. Quid autem ad rem facit, quod virtutes incul-

inculcentur quoque ab inferiore, docendo, monendo, suadendo? Et si virtutes quoque inculcantur a superiore (quod non videtur negare is, qui judicat illas quoque inculcari posse ab inferiore) haec differentia nulla est. In iisdem terminis manendum erat, ut ratio oppositionis constet, & dicendum: Jus inculcatur a superiore: at virtutes inculcantur quoque ab inferiore. Sed ille maluit, jus dici, i. e. statui a superiore, DEO nempe (nam de hominum jure hic non loquimur) virtutem vero inculcari, id est, doceri, moneri, suaderi ab inferiore. Quasi vero Jus docere, monere, persuadere dedebeat quoque superiorem, & ipsum etiam DEUM. Superior quippe, & quivis alius judex non semper agit Legislatorem, sed & doctorem interdum & monitorem. Est enim non solum Rex, sed & Pater. Nulla ergo in his est differentia ratio querenda; insuper illa ipsa accuratius exponenda erant. At differant illa. Anne ideo jus ita distabit a virtute, ut haec sit in arbitrio nostro, illud non item?

§. 34. Addendum adhuc: Incertum esse, an ex natura De premiis & ratione multum liqueat de præmiis & pœnis post hanc vitam. Si igitur illa ignota sunt, distinctionem illam haecenus tam. etiam apparet inuti' em esse, & plane earere ratione. Objicies: ergo in universum etiam de jure non constabit, si non constat, quam ob causam Jus observandum sit? Ego hanc quæstionem permitto illis, qui perfecta hujus peritia instructi sunt. Potest dici, solam DEI voluntatem & jussum hic sequendum esse (ad quem omnes provocamus) sine respectu ad præmia aut pœnas futuras: vel sperandum esse in DEO, & sola obsequii gloria hominem contentum esse debere. Id quod vulgo satisfacere potest. Sed alia forte inveniri possunt.

§. 35. Objectioni illi, si ad virtutes non obligamur, se- Sine precepto qui, quod in arbitrio nostro sit, citra pœnam turpiter agere, nullam esse quia necessitas nos adstringit, vide an satisfaciat illa responsio, turpitudinem. quod satis horrendum miserrimumque homini sit, omni bonorum genere exi. Si concedimus cum turpiter agere, qui virtutem negligit, & in voluntatem DEI permittentem commitit, ne- cesse

cessit etiam est ut concedamus, Virtus in præcepto est, & non arbitrio nostro relatas. Nam sine præcepto nulla est turpitudo. Quod in arbitrio nostro est, id agendi vel omittendi potestatem habemus: nec dici possumus legem violare, quando alterutrum facimus, & per consequens neutrum faciendo vel non faciendo turpiter agimus. Turpitudinem committit, qui legem violat. Id enim absurdum est. Plura dicere vetat brevitatis studium.

Pœnam esse,
omni bono-
rum genere exui.

§. 36. Dubitandum etiam an verum sit, *non esse pœnam, omni bonorum genere exxi, quia fieri possit in vita civili, ut aliquis usu bonorum privetur sine delicto.* Quanquam enim in vita civili id contingere potest, idem tamen apud Deum fieri quis putet? quasi ab iis, quæ inter stultos homines sine ratione & jure fiunt, argumentum possit aut debeat sumi ad jus, quo ille utitur inter homines. Cum potius homines in jure constituendo, si quid possunt, debeat imitari Deum, & eo jure uti, quo is utitur. Nondum igitur expeditum est, Deum velle omnibus bonis homines sine delicto, i. e. sine ulla causa homines privare, quos tamen ad imaginem suam fecit, quos secundum divinam illam imaginem agere & vivere vult, quos eum solum in finem creavit, ut omni divinorum bonorum eos cumulet, & aliquando in consortium æternæ felicitatis, qua ipse fruitur, adsciscat. Quæ hæc esset bonitas & justitia DEI, hominum arbitrio committere an velint virtutibus mereri præmia, id est, imaginem divinam obscurare, corrumpere actibus virtute parentibus, an velint Deo similes esse, an non, & tamen si nolint, eos miserrimos facere? Si miserum est & horrendum omni bonorum genere exxi, erit utique pœna. An DEUS potest videri probare aut permisso, ut homo aliud sit, quam id, quod eum esse voluit secundum imaginem suam? Verissimum itaque est in *omissione virtutis* consistere malum actionis, quod pœnam meretur. Omne enim, quod in DEO est, est bonum, & quod illi contrariatur est malum. At virtutum omissione producit vitia. Hæc vero non sunt in Deo, sed virtutes. Malum igitur actionis est vitia agere & virtutes omittere.

§. 37.

§. 37. Ultimo tandem loco cogitandum, an consequētia illa satis vera & recta sit: *Gratus datur penarum & præmiorum in vita æterna; qui DEUS est perfectissimus dispensator.* E. gradus illi sales erunt, ut homo mere justus poena rum, non sit afficiendus, quia contra legem non peccavit, nec præmis decorandus, quia iustitia nihil meretur, & proinde tertius illi locus dari necesse sit. Nam qui gradus sine futuri forte nescimus. Et præterea probatum non est aliquem esse mere iustum sine constante voluntate; aut qui mere justus est, non peccare contra legem. Igitur nec gradus illi poenarum hæc Geometria probantur. DÆUS quidem aëi yōuτεῖ, sed alio spectavit is, qui id dictum protulit. Si hæcesset Dei Geometria, nec alia, dicere in homines accuratiores Geometras ipso DEO.

CAP. VIII.

De Fine & Limitibus Juris Naturæ.

S. I.

Ouid disciplina Juris Naturæ ab aliis scientiis affini- bus differat, adeo intricatum & impeditum mihi vi- detur, ut quid potissimum sequendum sit, definire non audeam. Meretur ita res prolixam & accuratam discus- sionem, quam quidem in me hoc loco suscipere vetat tum rei dif- ficultas, tum prælixitas hujus scripti, quod jam vides ex pau- cissimis materiis eo crevisse, ut vereat, ne primo statim intuitu dicturus sis vetus illud: μίγα βέβλιον μίγα κανόν, magnus lib- ber magnum malum. Ne tamen nihil dicam, pauca, quæ per- pendenda occurrent, obiter proponam, & ut in buccam vén- ent, effundam.

*Obscurum ef-
si quod Ius
Natura diffe-
rat ab aliis
scientiis.*

§. 2. Digna autem est hæc, ut dixi materia, quæ accu- *Limes Juris*
rate perpendatur atque ad certitudinem redigatur, antequam *Nat. cognoscendi sunt.*

vel extre^mo dⁱgit^o hanc scientiam attingas. Ni^st enim id
fas, ignorabis ubi terbarum sis: an in Ethica veteris, an in
Theologia, an jure, an alibi? Nescies etiam limites ejus,
quorum cognitione carere non potes, quia ignoras, ubi desi-
nendum sit: fugiet Te, quae iuri sunt propria, quae rationes vel
decisiones illi convenient, quae non; quae amplectenda & in
rem Tuam vertenda, & quae in aliis locum aut usum servanda
sunt; quae idem: questiones huc pertineant, quae ad sedem illi
melius convenientem rejicienda sunt. Confusio rerum, uti
nullibi admittenda, ita nec in hac quoque disciplina ferend^a
da est.

Secundum Na-
turam.

S. 3. Itaque quae Natura discrevit, ea ut discreta, quae
conjunxit, etiamnam conjuncta consideranda sunt. Si quid est;
quod judicium juvat, id certe facit ordo a Natura institutus,
licet vel maxime simplex, sterilis & inutilis appareat. Quo
ordine igitur Natura scientias distribuerit, quo loco singulas
collocarit, utrum aliqua sit suprema, media, infima; an vero
omnes sint pares & aequales. Num quan^m maxime erit per-
spicere.

Veritas una
est.

S. 4. Ad Naturam vero finem dubio hic respiciendum.
Cum enim eam ut Legislatricem intueamur, & leges atque
jura ab ejus non hominum ore accipere cupiamus, legitimæ
hujus scientie fines statuendi sunt, quos ipsa constituit: ibique
iacipiendum, ubi illa incipit, & desinendum, ubi desinit. Ni-
si id faciemus, vides nos Systema scientiæ naturalis turbatores,
& vel in angustum contracturos, vel nimium & ultra limate^s
extensuros, atque ita, utcunque res cadat, nihil veri, nihil ac-
commodati in hac scientia habituros esse. Facile etiam ad-
duceris, ut credas, nobis nihil juris competere, ut se Jungamus
ea, quae Natura coniunxit. Veritas una est, nec potest ob ali-
quam commoditatem vel respectum civilem a nobis dividi,
cum in finem, ut ex illa retineamus, quod placet; reliqua, quae
minus videntur ad palatum esse, repudiemus, hoc prætextu,
quasi illa hic non pertineant, sed alio spectent. Veritas non
potest, nisi tota occupari: qui partem ejus rejicit, totam con-
temnit.

§. 5

§. 5. Quod igitur ad totum scientiarum chorus attinget, res videtur expedita. Forte enim illas a Natura eo ordine collocas putabis, quo hodie in quatuor Facultates divisæ docentur. Quis vero inter illas, quæ Juri Naturæ magis propinquæ vel affines videri possunt sit servandus ordo, eo difficiens est dictu, quo similiores sunt sibi invicem. Solet autem penditur, a Jure Naturæ solitè distingui Theologia moralis: sed rationes differentiæ, quas afferunt, non videntur ejusmodi, ut assensu omnibus extorqueant. Nam primum diversitatem fontis, unde utraque scientia dogmata sua derivat, quod attinet, dicitur quidem: *Jure Naturali aliquid faciendum afferi, quia per rectam rationem idem ad socialitatem inter homines necessarium colligitur.* Theologum vero moralem in eo ultimo acquiescere, quia DEUS in Sacra Scriptura ita jussit. Sed hæc omnia admodum controversa sunt, & magis videntur convenire arbitrariis quibusdam hypothesibus, quam veritati. Nescio enim an ulla explicatione conciliari possit, quod jus Naturale ex recta ratione colligendum dicamus; & tamen, si quæ sint in divinis litteris, quorum necessitatem ratio sibi relictæ perspicere nequeat, illa extra Jus Naturale esse, & ad Theologiam moralem propriæ spectare affirmemus. Hoc enim pacto recta ratio & ratio sibi relictæ pro eadē habenda esset. Quomodo autem ratio sibi relictæ possit esse recta, & recta intelligi, ut sibi relictæ, non capio.

§. 6. Accedit quod valde dubium sit, id solum Juris Naturæ esse, quod per rectam rationem ad socialitatem necessarium esse colligitur. Credoret quis Jus Naturæ multo latius quiescat in patere, & id, quod ex socialitate deducitur, Juris Naturæ partem admodum exiguum constituere. Cum igitur hæc sint admodum controversa, de veritate illius differentiæ statui non potest, antequam quid recta ratio sit, & quid de principio socialitatis habendum, satis constet. An Theologus moralis iure in eo acquiescat, quia Deus ita jussit, non magis probatum est, quam præcedentia. Licet autem ponamus Theologum moralem in jussu DEI acquiescere, Jus vero Naturæ a ratio-

Prima differ-
entia Juris
Naturæ a
Theologia
moralis per-
penditur.

ne judicare, patet hanc disciplinarum differentiam ab opinione hominum & accidenti pendere: ab eo nempe, quod putemus nullam ejus, quod DEus in Sacra Scriptura iussit, rationem dari posse. Hoc vero pacto differentia illa ita incerta erit, ut omnes hominum opiniones incerta sunt. Nam si unus forte aut alter rationem alicujus praecepti nesciat, alias tamen forte eam non ignorabit, meritoque contendet, praecepium istud Juri Naturæ subesse. Si quid ex socialitate derivari nequit, id tamen aliunde demonstrationem admittet.

Omne praeceptum Dei habet rationem.

§. 7. Nam & hoc & que certum est, Deum in S. S. nihil præcepisse, quod non sit verum: & si verum est, quod præcepit, habebit utique démonstrationem, & que ut numeri & linea. Omne quippe verum, cuiuscunque sit disciplina, perfecte verum est. Verum enim, nec tamen perfecte verum, quale sit, intelligi non potest: & si hoc ita est, & qualem cum Mathematicis Scientiis veritatem habebit: haec enim perfectæ & veræ creduntur. Quare haec aliquid sit, quod quis puret rationis sue vires & facultatem excedere, id tamen habebit rationem, & per consequens ibi examinandum est, ubi omnia illa jura, quæ rationi subsumt, examinantur. Fieri potest, ut si hodie non reperiamus rationem, eam tamen cras reperiamus.

Quid ratio humana possit.

§. 8. Nec admittendum, ut ex variis rationis singulorum hominum judicemus de ratione omnium hominum in universum. Quando ita volumus scientias distinguere, accurate determinandum esset, quid omnium hominum ratio possit, & quid non possit. Nisi id faciemus, nihil, quod alicujus pretii aut ratione dignum sit, de his rebus loqui poterimus. Si ad sensum vulgi provocamus, infinita alia a Jure Naturæ resecanda sunt, quia illud pauci certe recte intelligunt: pleraque bona essent eliminanda, & pessima quæque recipienda. Ne constaret quidem, quoniam opiniones hic sis numeratur, an optimorum, an pessimorum, an mediorum. Si pessimos audis, habebis non Jus Naturæ hominum, sed bestiarum, imo, quod pejus est, Diabolorum. Certum enim videtur, si quis hominum jus statuit, quod non est jus sed corruptela, & contra jus non esse dicit, quod tamen est

est jus, illam deteriorem esse bestiis, & Deum atque rationem subjicere bestialitati. Bestiæ enim suum jus exacte servant, & ab eo in statum & conditionem aliquam inferiorem non discedunt, ut homines, qui ab humanitate ad bestialitatem deficiunt. Itaque quando opinione pessimorum, & rationis sibi plane relietz admittimus, ea re sit, ut in jus introducamus, quæ ne bestiæ quidem faciunt. Fit etiam sâpe ut de industria rationis nostræ vim abhægimus, nec viribus ejus ideo solum utamur, ut habeamus rationem sibi relictam.

§. 9. Quod si optimos audis & doctissimos, vel etiam *Quas* scien-mediz conditionis homines, elia incommoda offendes, quæ aſ-tias Natura ferre nolumus. Ita tamen iudicabis, quod rationis est, quod non distin-potest demonstrari, non pendore a ratione unius vel alterius, vel xit, eas nec iudicio vulgi. Mensura illa nimis varia & incerta est, quam ut nos debere secundum illam statui, vel, ut ita dicam, metiri aut ponderari distinguere, posse Juris Naturæ quantitas. Ob eam causam alii malunt inspicere an Natura differentias quasdam fecerit inter illas, non vero an homines quid hic distinguant ab accidenti. Si quid enim sit, cuius rationem atringere nequeamus, id inter alia referendum, non vero ob pauca quedam illa nova disciplina formanda, ubi nulla est. Hoc enim pacto labores nobis augebimus, & veritati, quæ simplicissima ac una est, pro diversitate factarum disciplinarum, non unam sed multas easque dissimiles & deformes fingemus facies, variisque coloribus depingemus. Ansam etiam arripiunt homines laqueos juris optimi & perfectissimi evadendi, quando docemus eos, sufficere ad societatis custodiam, si Jus seu Civile seu Naturæ servent, reliqua esso supra captum, & supra nos, adeoque nihil ad nos; non esse in potestate nostra, non esse rationis. Quin si verum amamus, addendum omnino videtur, nihil eorum, quæ ad mores pertinent, in Sacra Scriptura præcipi, cuius veritas non possit probari rationibus ex natura petitis, ut ante diximus.

§. 10. Non satis etiam liquet, quale Systema sic futurum Th.ologiam Theologiz moralis, cuius fundamentum solum sit jussus Dei in moralem animo vel altero principio. Sufficit enim si de jussu Dei se vel con-gustam videri

stat, nec propterea nova disciplina inducenda est. Jus Naturæ docet Dei iussui parendum esse indistincte, sive per naturam iubeat, sive alio modo. Præceptum igitur rationi iacognitum per iussuq[ue] Dei probatum. Poterimus & debebimus certe per rationem & principia aut axiomata iuris explicare, extendero, restringere; applicare ubi opus est, usumque eius ostendere, ut in reliquis. Et sic certe pertinebit utique ad Jus Naturæ, quod sine eius ope intelligi nequit. Si quid porro Deus iussit rationi incognitum, id certe considerandum est ut tale, quod pefectioni rationis desit, in quo deficiat, vel fallat. Nam quod Deus iubet, bonum utique & verum est. Ratio similiter bona sectatur (certe profitetur id, sive vere, sive similate) & vitæ normam homini constituere satagit. Quare cum Deus aliquid jubet rationi antea non cognitum, necesse est ut intelligat, illud officium a se neglectum aut prætermissum ad se pertinere & sic recipiendum esse. Quod si igitur a Deo sit, de aliquo præcepto admonita, facile videbit, quis locus præcepto competit, facile etiam si velit, rationes videbit. Ubi nihil rationis viderit, ibi subsistet quidem, Deo tamen parebit. Ex perfectissima Dei natura argumenta petimus in Jure Naturæ, quia existentia ejus argumentis probari potest. Nisi tamen Dei notitiam ex Sacra Scriptura a primis annis edocti haberemus, pauci forte de Deo cogitarent. Si solus ille iussus Dei aliquid discriminis hic facit, Theologia Moralis adpaucissima, quod scio, redigetur capita: ne dicam præcepta Dei, ut mea iussa ab homine rationis compote intuenda non esse. In alia opinione fuit David Rex Judæorum. Epitheta, quæ legi tribuit, satis docent, eum aliud præter iuslum in iis vidisse; quæ an omnes capiant, in medio relinquimus.

Secunda differ-
ferentia.

§. II. Secunda differentia in eo constitui solet, quod in Theologia lex consideretur, ut innexam habet divinam promissionem & quandam rationem in fœderis inter homines; a qua consideratione Jus Naturæ abstrahat, cum illa a Dei revelatione proficiscatur. Sed gentiles uos docere possunt inter Deum & homines natura societatem quandam esse, & per consequens etiam fœdus: docent enim nos esse sobolem Dei, eumque hominum causa

causa omnia pròduxisse. Atque hoc fœdus multo magis intercedit inter Deum & hominés probos, quales ab omninitate stierunt: & nescio an id multum differat ab illo fœdere operum, de quo Sacra Scriptura agit. At differat sane: Jus Naturæ finem atque habet aliquem, cuius gratia homini datum est. Quemcunque autem status, talem statuē, ex quo ad hominem aliquipd perfectionis, aut utilitatis, aut felicitatis redundet. Sin autem hoc, necessario oportet fœdus aliquod inter Deum & homines, & tacite quædam promissio etiam hic supponi. Unde enim in hominem quid boni redundet, nisi Dei beneficio. Sufficit etiam Theologiam moralem & Jus Naturæ eadem Jura considerare: sive autem ea cum consideratione fœderis, sive sine ea trahentur, nihil ad Jus facit. Hæc igitur differentia, si quæ adest, exiguum momenti esse videtur.

§. 12. Tertiū discriminē longe maximum in eo pōsum. *Tertia.* dicitur, quod filii Juris Naturæ tantum ambitu hujus virtutē includatur, hominemque ita formet, prout hanc vitam cum aliis sociabilē vivere debet: Theologia vero Moralis hominem Christianum formet; &c. Alii hōe discriminationē pro insimmo, imo nullō habendam judicant. Nihil quippe assertur, quo sententia illa probari possit. Ipsi quoque vulgari doctrinæ repugnat. Cum bono ethi Dei existentiam ejusque attributa inculcamus in Jure Naturæ, illumque Autorem Juris & Legislatorem agnoscimus, si de nulla alia re inter nos & illum agitur, quam de misera nostra societate servanda. Hac enim nihil aliud efficitur, quam ut exemplis pessimis alter alterum perdat; & nemihī licet in posterum bonum esse. Ad Societatis custodiam sufficit utilitatis propriæ studium, quod Carneades & Aoratius commendarunt, & Hobbesius pro fundamento sui Systematis multo majore cum iudicio posuit, quam alius ex illo aliisque suos centonēs confeicit; de quibus parum ab est, quin quis dicat, ad corrumptam totius Naturæ artem nihil potuisse aptius excogitari, quam centones illos non magis sibi coharentes, ac quamlibet rapsodiā inepissime confarcinata.

§. 13. Id puto Te ultro concessurum, si nihil aliud in Jure De Principiis spe- Hobbesi.

specandum est, quam ut vitam cum aliis taliter qualiter sociabilem vivamus, Hobbesii principia multis para langis praestare hypothesesibus Puffendorfii. Ut enim certum aliquod principium ponit, ita ex eo quoque omnia deducit, ut non connexio solam quedam adsit, sed & principium passim appareat, & cum eo omnes decisiones conspirent. Hinc etiam est, quod Hobbesius initio doctrinæ suæ nullam Dei mentionem faciat, quia id non admittebat principium ejus, etsi in se quidem falsissimum & pessimum: & satisfacit ei, qui utilitatem societatis non serio, sed obiter & quantum ad pacem sufficit, promoveat. Sic, non debes furari, nec alterum lades & pacem turbes: ceterum autem tuis comodis studere poteris, modo non quid committas, quod turbas exciter.

*Jus Naturæ
an termina-
tur bujus vi-
ta finibus.*

§. 14. Quare si DEO in jure Naturæ locum concedimus, illum etiam ut DEum considerare debemus, ne eum pro tali habeamus, qualem finxit Epicurus, qui rerum humanarum nullam curam gerat. At si hoc ita est, certum videtur jus Naturæ non terminari hujus vitæ, finibus. Apud Grotium nihil tale reperies, sed melioris mentis ac senioris doctrinæ indicia plura. Ipsi Gentiles etiam alia docuerunt, honestati & dignitati Juris magis convenientia, quod vel ex solo Ciceronis de officiis libro, ceterisque ejus scriptis, & epistolis Senecæ obiter solam inspectis deprehendes. Huc etiam refereuda, quæ Paulus de Gentilibus docet. Non potuisse illi asserere, eos qui sine lege peccarunt, sine lege damnados esse, si lex Naturæ, quæ sola illos regit, non pertineret nisi ad hanc vitam. Plura non afferam, studio brevitatis. Nec opus est Tibi illa inculcare, qui illarum rerum es scientissimus.

*De immorta-
litate animæ.*

§. 15. Quod de immortalitate animæ assertur, vide anullo modo concedendum sit. Etsi enim eam quilibet de vulgo demonstrare nequeat, fere ramen dixerim, si rectam viam offendaris, sat argumentorum ad eam probandam reperiri, quæ is, qui aures habet ad audiendum, facile intelligere posse est. Sed id desiderandum, quod vera rerum principia non satis sint cognita. Reperiendum etiam quod supra dixi: Si id solum

pro

pro jure Naturæ habendum, quod quivis intelligit, tot jura & tam varia habebimus, quam sunt homines totius orbis, & quot fuerunt, ac futuri sunt. Alter alterum certe superat cognitione & viribus ingenii.

§. 16. An admislurus sis id, quod quartæ differentiæ loco ponitur, Jus Naturæ magnam partem circa actiones hominum exteriore formandas versari; Theologiam vero animum purum etiam exigere, valde dubito. Nam leges feruntur animo. Nec per rerum Naturam fieri potest, ut lex ad solum aetum externum pertineat, animum vero non simul afficiat. Nec est ut dicamus, Jus Naturæ *magnam partem* circa actiones exteriore versari. Nam si pars juris Naturæ, licet exigua, ad animum spectat, cur non dicemus totum Jus eo spectare? In alia sane opinione fuerunt JCti Romani, qui se non simulata Philosophiam profiteri dixerunt, hominesque velle non solum justos, sed & bonos efficere. Quomodo autem efficit lex aliquem bonum & justum, si animum bonum non efficit? an bonus erit animus, qui, ubi manus judicis pacem publicam tuentis effugere non potest, justus solum est? an hæc vera nec simulata philosophia dicenda, quæ non curat, nisi actiones externas? vel an dicemus, hunc esse effectum solum Juris Civilis non Naturalis, ut aliquis legibus efficiatur bonus & justus? quasi Jus Civile sit sanctius, & maiorem habeat curam virtutis & honestatis (quæ in solo certe animo consistit) quam Jus Naturæ. Ego id non dixerim.

§. 17. Concedamus tamen illius distinctionis Autoribus *quem in finem Jus Naturæ corrumpum adeo defendatur?* omnia illa: apparebit eos nihil aliud afferre, quam quomodo scientias illas distinguendas putent ex arbitrio suo, & prout hypotheses suis conducere arbitrantur; non vero demonstrare an Natura illas distinxerit, & quo indicio illam distinctionem cognoscamus. Hoc etiam querendum est, cui bono & ob quam rationem, nos, qui Christiani sumus, tanto studio, iimo ardore, Jus Naturæ, quod innumeris locis a sana multorum hominum ratione (nam certe sunt homines, quorum ratio abhorret ab ejusmodi placitis, quæ in Jus Naturæ recepta sunt)

T

&

& principiis per revelationem (ponamus enim quædam esse, quæ aliunde probari nequeant) stabilitas deficit, introducere, promulgare atque propagare velimus; cum tamen certe non debeamus veritatem agnitarum rejecere, qua carere nullo modo & fine summo scientia defecta possumus.

In quo constat Jus, quo societas humana hodie existit.

§. 18. Hæc obiter de distinctione Theologiae moralis, & Juris Naturæ dicta sufficient. Si tamen placet illa distinctione, aliis rationibus munienda est. Multum enim præjudicij assert toti Juris tractationi; uti nullo negotio intelligis. Si enim nihil putas Juris Naturæ esse, quam quod ad externas actiones regendas, utilitatemque societatis conservandam sat est, paucis opus, nec aliud agendum est, quam ut meram utilitatem inspicias sine DEO, sine ratione, nisi quatenus utilitatibus tuis DEUS & ratio subvenit. Tum habebis illud jus externum, quo homo ut animal & ut bestia uritur. Sin hoc nolis, sed jus desideres, quod ratio inter homines constituit, vide, an non omne, quod rationis sit, admittere debeas: nisi forte probare poteris jus cum ea distinctione ex Natura emanatum ita legi & scriptum esse in Libro Naturæ. Limites Juri Naturæ ex eaptu hominum adsignare minus tutum est, existit enim nullum invenies: quia, ut supra dictum, quantum homines tam docti quam indocti intelligent, definiri nequit; uti nec illud, quantum rationis per institutionem quis velit aut possit admittere.

Rationem vel in totum reuinendam vel in totum rejecendam esse.

§. 19. Si rationem sequeris, admittes sine dubio perfectissimam rationem, qualis haberi potest. Nam & hæc ratio inveniendam vel est, & vera atque sola ratio: quod ab hac deficit, simulatum, falsum & umbra rationis est. Si imperficiam & impolitam sufficere putas, habes jus imperfectum, & quod a bestiarum moribus parum differt, illisque etiam ex parte inferius est. Quamcunque vero partem eliges, id agendum, ut constanter philosopheris. Nam mox rationem inculcare, mox vitia & imperfectionem hominum pro jure venditare, mox partem rationis rejecere, contradictorium est, & a recta via non solum in confusionem principiorum, sed & totius doctrinæ nos ducit

ducit, filumque demonstrationum abrumpit. Natura constans est in iis, quæ facit, & recta utitur via. Hanc si sequemur, sine ambagibus apparebit quid falsa principia, & quid inconstantia in illis ponendis damni afferant: qua de re pauca adhuc proferam.

§. 20. Ex differentiis inter disciplinas illas sœpius non minatas concludunt porro, hominem in hac disciplina considerandum esse, ut corruptum. Quis dubitet? idque per singula præcepta probare non est opus. Nisi corruptus esset homo, non egeret lege, sed sibi ipsi lex esset. Nunc vero alibi multo labore lex quærenda est. Lex tamen corrupta non ideo investiganda. Quid boni enim exinde eveniret, si homini corrupto ponatur lex & que corrupta, quæ naturæ ejus corruptæ patrocinium præstet? Corruptus autem est homo non in externis solum, sed & in animo. Lex igitur animo eriam medicinam afferre debet. Licet ergo ratio non intelligat corruptionem culpa primi hominis provenisse, ipsam tamen corruptionem, seque lege egere, nec perinde esse quid agat, non ignorat. Unde corruptio venerit, non est necesse ad Legem operum intelligendam. Sufficit si homo in Lege videat, a quo defecerit, & quid facendum sit secundum legem. An possit, alia est quæstio: aliud est quoque, quid futurum sit, cum non possit legem servare. Tum ad revelationem Tibi procedendum est. Interim vero Lex inspici debet, ut illa est, non ut eam nobis singimus.

§. 21. Ut Jus Naturæ ex Natura hominis integra petamus, non est necesse, nec recta etiam nos eo dicit via. *An Jus ex natura hominis integrum petendum?* Jus enim nec in integro, nec in corrupto statu pendet a sola Naturæ hominis. Vox naturæ audienda est, & quæ illa sit vindendum. In hac vero solus homo non loquitur, loquuntur & cœli, ut David ait.

§. 22. Reliquas quæstiones, quæ proponi solent, veluti *Aliæ quæstiones, an lex diversa fuerit in statu Naturæ integro an eadem? no ones, astringam, ut otiosas.* Cum vero hac occasione dicatur, universam legem naturalem ad hæc capita referri posse, *dilige DEUM & dilige proximum, perficendum Tibi relinquam,*

qualis in doctrina illa sit connexio, quæ tradit jus Naturæ hominem formare ad hanc vitam sociabilem, nec pertinere ad animum, sed ad externas solum actiones; Deum tamen & proximum diligendum esse. Homines, qui juris Naturæ vindicem esse volunt, non spectant nisi externas actiones, illisque contenti sunt. Inde vero non sequitur, Naturam eo non spectare, nec ipsam eo pertinere. Perpende etiam quod dicitur, in statu integro nullum aut modicum discrimen fuisse inter Jus Naturale & Theologiam moralem. Bonum est suspicere alium rerum statum futurum fuisse, quam ut de scientiis distinguendis quis cogitare voluerit, aut cogitare non esse fuerit. Nititur illarum distinctio alio fundamento, quod ibi locuta non habuit.

Disciplina, §. 23. Quid in universum de ejusmodi disciplina, quæ quæ externa circa externas hominis actiones regendas versatur, sperandum solum respicit, quivis agnoscat, qui naturam rerum obliquo licet oculo cit, nullius inspexit. Si fructus aliquis doctrinæ est, provenit ille ex principiis momenti est. cipiis veris, certis & recte positis, quorum usus per totam disciplinam adpareat, quorum vis non solum ad alia principia producenda se extendat, sed & quæ totam disciplinam redigant in perfectum corpus, quod apte coherreat. Hæc de centonibus sperari posse vix putabis, nec aliter eos intueberis, quam farraginem opinionum vulgi in ordinem aliquem redactum, qui vulgo placeat, nec tamen Naturam declareret, nec ad eruditionem ne tantilluni quidem conferat.

*Studio Ju-
ris Naturæ
quid scien-
dum.*

§. 24. Perpetuum Juris & demonstrationum fundamen-
tum indicandum est ab eo, qui secreta totius disciplinæ dete-
gere vult, quod non solum ostendat, qua ratione novi casus e-
mergentes decidi possint, sed & æquitatem exceptionum, ob
quas jus nostrum maxime varium, implicatum & cetero nato
prædictum esse creditur, demonstret. Ex iisdem fundamentis
tota Juris Civilis ratio, ortus & constitutio aperiri debet. Id
enim fieri posse, nullum est dubium. Neque a calumniis
metuendum, nisi quis Naturam ipsam calumniari non re-
formidet.

§. 25.

S. 25. Hæc vero & similia expectare non licet ab eo, qui *Disciplina disciplinam* optima parte trahat, ita ut ne initium quidem recte *Juris Nat.* ponat. Uti enim non licet, principiis licet recte positis, in me- non est mutu- dio juris tra mite subsistere; sed ad finem, saltem principiorum, *landa*. omnino contendere debet, qui oleum & operam non vult per- dere, ita certe nec principia ponere sufficientia, nec iis uti, nec scire quid iis continentur (certissimum quippe est, multa non fa- tis urgeri, nec eorum vim explicari, nec, ubi opus est, applicari) neç finem tenere & scopum, quem in jure oportet, non est sci- entiam exponere, sed errare & ludere, secum pugnare, & nescio quid aliud agere.

S. 26. Quemadmodum Natura rerum ubivis est subtilissi- *Totam Na-*
ma & sublimissima, sic etiam scientia ejus juris, cuius ipsa est in- *turam con-*
ventrix. In vulgaribus igitur, iisque notis non adquiescendum, *templandam*
 sed subtilitas naturæ demonstranda est, ut artis nomen mereatur, *esse*.
 & illius imitatrix appareat. Vult enim Natura sua secreta ape-
 riri & nosci a sapientibus. Unde hominem impellit, variisque
 instruxit facultatibus, ut non plane impar sit sapientia ejus inve-
 stiganda. Hæc vero investigatio non subsistit in paucis axioma-
 tibus, quæ omnibus etiam indolis patent, sed, si nihil aliud pot-
 est, accuratum eorum usum docet; quod exemplo suo *Mathesis*
 probat, quæ ex vulgatissimis principiis mira deducit. Philoso-
 phia est, omnia, quæ intelligentia complecti possunt, perquirere.
 Hæc manus sibi ligare, vel impedimentum sibi objicere non pati-
 tur, quominus cum ipsa Natura ad fines ejus perveniat. Perfe-
 ctum enim non est, quod finem suum non adsequitur. Nec ratio
 alium finem habet aut terminum, quam eum, quem Natura illi
 constituit, denegando vires ulterius procedendi. Idem enim
 esset, ac si quis diceret, hanc esse naturæ hominis conditionem, ut
 non debeat numerare ultra viginti, aut centum. Quare si quæ
 est disciplina juris, quæ nos impedit ratione duce & comite pro-
 gredi, quo possumus, quæ non doceat modum atque viam, qua
 eundum est, quæ non suppeditet regulas & præcepta, ne aberre-
 mus, si quid se offerat, quod aciem oculorum & judicii fugere vi-
 deatur, illam non pro vera & sane, sed pro simulata habendam

judicarem : quia id solum efficit, ut homines facilis cuiusdam & ad popularem auram captandam aptæ, inanis vero scientiae opinione nullo quidem negotio inflati, a veritate in perpetuum excludantur, ut ad eam redeundi nulla ipsis spes unquam perficit.

C A P. IX.

De Perfectione Juris Naturæ.

§. I.

*Homo natura
superbus est.*

Miser quidem est homo innumerisque imperfectionibus premitur, scit quoque se miserum esse, magis tamen afficitur præstantiæ cuiusdam opinione, quam miseræ suæ sensu. Quia enim est animi arrogantia, mediocria non admòdum amat, sed alta & magna: ab his ad majora semper contendit: facile aliis se præfert, cosique se virtute anteire credit: excuso magnoque animo, quæ inferiora putat, despicit: nihil se decere putat, nisi quod pulchrum, perfectum, elegans, nec vulgare est: vulgaria enim contemnit, meliora semper & præstauntiora concupiscit.

*Leges tamen
difficiles non
amat.*

§. 2. Hoc vero mirum est, nullibi fere ab hoc affectu eum discedere, quam ubi de officiis, & vitæ ac morum regulâ statuenda agitur. Ibi enim vel nullam plane regulam admittit, vel si quam agnoscit, eam tamen rectissimam esse, & talem, quæ difficultas & magna exigat, non valde desiderat, sed imperfectam invult, quæ nihil magni, nihil existimii, nihil quod pulchrum sit & difficile factu postulet; immo si talem habeat ipsa illa necessitas, quia à lege urgetur ad facilia animum applicandi: tunc illa cura, quia animus occupatur in vulgaribus rebus observandis, tanto enim tædio & impatientia afficit, ut nec hanc ferre possit, vel quia laborem aliquem, et si parvum affert; vel quia eam, ut nullius momenti & levem contemnendam putat.

*Felix esse cu-
pit, sed labore*

§. 3. Omnes porro felicitatem concupiscimus, & nemo est, qui non maxime desideret beatus, felix, dives esse; volumus etiam

etiam media ad desiderium illud explendum adhibere: labora- non magno, mus, currimus, anhelamus, noctes diesque solliciti traducimus, nec injunc- ut, quæ volumus, perveniamus. Felicitatem tamen pariter do. in re facile parabili collocamus, nec talem desideramus, ad quam obtinendam cupiditatibus, affectibus, voluntatisque nostræ ar- bitrio, in ipso pene felicitati renunciandum, & secundum legem, & rationem vivendum est.

§. 4. Homo quippe se non novit, & plerunque in quo fe- quia se non licitas consistat, aut quæ sit dignitas nostra, quidve nos deceat, novit, ignorat. Hinc sit, ut pretium atque dignitatem partis immor- talis, corruptibili & terrestri tribuat, illamque vel risu, vel lachry- mis dignam judicet; mortalia vero immortalem in modum con- cupiscat. Quæ enim contemnere, & pro suis habere non debe- bat, ex iis superbieri occasionem atripit; magna putans, quæ vilia sunt, & quæ dignitatem hominis magis dedecent, quam ornant.

§. 5. Quod si etiam sui ipsius & dignitatis atque vere felici- nec veram fe- citatem vo- tate cognitionem aliquam habeat; eam tamen sincero judicio & constante voluntate non probat, indeque eam non vere amat; sed amor rerum abjectarum & corporearum, vel imaginariæ cu- jasdam felicitatis spes, amorem veritatis & felicitatis constantis expellit; adeo ut felicitatem actionibus quibusdam & præceptis non magni momenti aut difficultatis obtineri posse putet, quo- rum observatione homo facile possit defungi.

§. 6. Felicitatem quoque & veram dignitatem nec con- Vera enim sequimur, nec retinemus sine labore. Dii bona sua laboribus felicitas re- vendunt, & sudorem collocant ante virtutem, ut Hesiodus ait. pugnat affe- Inter veram uamque felicitatem & affectus homini congenitos, cibis nostris. cupiditatesque, quas animalis natura ad corporis conservatio- nem excitat, contrarietas quædam & pugna intercedit, quæ tanta est, ut utrique parti simul satisfieri nequeat.

§. 7. Magis etiam afficiunt, quæ in sensu cadunt, eos- nec sensus no- que jucunditate quadam permulcent, quam ea, quæ mente cer- fibres delectat, auantur. Illa enim vera demum putamus; hæc vero in opinio- ne tantum confitimus. Ea denique est inscrutata humana natura,

ut mens nostra, metuens ne corpus suum affligat, vel molestia aliqua afficiat, propriam felicitatem negligat & contemnat. Quia enim est timiditate, statim atque corpus male se habere incipit, id peritum putat: & vicissim, ubi corpori bene est, secum etiam bene actum, atque illud cum demum recte conservari falso existimat, si nullam molestiam ei afferat, nihilque ei neget.

nec acquiritur nisi maximo labore.

§. 8. Cum igitur felicitas nostra non in eo consistat, ut corpori & sensibus satisfaciamus, appareat illis renunciandum & a corpore discedendum esse, quod Plato Philosophiae finem dixit. Hoc enim pacto, nec aliter, pugna, quæ inter cupiditates nostras & ea, quæ vere appetenda sunt, intercedit, tolli potest. Animus enim ad veritatem tendere, eamque sequi nequit, si veritati opinionem præfert, si id quod verum est, fallum putat vel nullam aut non tantam ei inesse utilitatem & pulchritudinem existimat, quanta illis inest, quæ corpus afficiunt.

Unde aliam felicitatem pro arbitrio nobis fingimus:

§. 9. Sed hic labor insuperabilis nobis videtur, ut animum quasi ex animo tollamus, & falsis bonis, quæ nobis summa voluntatem afferunt, nuncium mittamus. Quare ut infinito labori, ubi nulla requies, nulla intermissione conceditur, qui que vel inutilis, vel non admodum necessarius videtur, homines parcant, aliam sibi felicitatem fingunt, quam commodiore via obtineri posse putant, officia & leges ad scopum illum idoneas eligunt in illisque acquiescent.

& vel nulla Jura admittimus, vel ea quibus facile satisfacere possumus.

§. 10. Facile itaque in mentem nobis venire potest, omnne Jus hominis in utilitate ad corpus spectante consistere, ita ut quod utile cuique sit, id etiam justum sit: natura nihil iustum esse, aut injustum: homines Jus aliquod sibi statuisse metu incommodorum, quæ humanam vitam legibus non munitam: & omni justitia carentem, comitari solent: vel nullum Jus esse nisi quod potentior per vim alium accipere cogit: aut si quod a natura constitutum sit Jus, id ex sola humanæ societatis utilitate deducendum, & ad eam omnia referenda esse. Unde porro & hæc opinio suboriti cuiquam posset, omnia officia externis

externis quibusdam humanitatis officiis, custodia societatis & civilis amicitia absolvit, & si hæc serventur, nihil esse, quod Naturæ amplius a nobis requirat nec de aliis rebus nos sollicitos esse oportere.

§. 11. Si quis etiam hoc argumento velit nti, quod ratio nostra adeo corrupta & obtenebrata sit, ut nihil tam absurdum proferri possit, quod non aliquis hominum vel dixerit, vel defendenterit; concludendum videtur exigua, & parum certa restaurare, quæ ratio de legibus Naturæ in medium proferre potest: præsertim cum ratio vix cupiat, quæ ante pedes sunt, atque ad leges illas inveniendas divinarum & humanarum rerum scientia, ac divinum, ut ita dicam, judicium requiri videatur, quod in tanta rerum & argumentorum multitudine ac varietate, verum omnium rerum nexus liquido ostendere & verum a falso accurate discernere possit. Unde hoc quoque statuendum videbatur, leges Naturæ tum demum recte tradi, si inter illas & divinas revelatas immanem differentiam intercedere, rationemque nihil eorum, quæ de moribus in sacra scriptura traduntur, intelligere, atque hæc tanquam supernaturalia & nimis sublimia ad earum forum non spectare ostendatur.

§. 12. Accedit; quod historiæ & alia Veterum scripta Quod Vetera luculentissime comprobant, parum in legum naturalium inve- rum doctrina stigatione & demonstratione præsticie veteres sapientes, qui & mores do- Scripturæ divinæ luce destituti fuerunt. Quam turpes enim cent. errores & abominandas opiniones non produxerunt circa agenda & omittenda? Quam pravi mores legesque impie solo illo humanæ rationis usu non provenerunt/inter plurimas gentes? ut mirum non sit, si quis putet, humanam rationem exiguae habere vires ad leges Naturæ intelligendas & inveniendas: cum sine perfecta, ut dictum, rerum divinarum cognitio- ne, qua tamen natura destituitur, nihil definire videatur.

§. 13. Nos quid humana ratio in universum possit, vel An LL. Na- non possit, quam sit recta vel prava, hic non examinabimus. ture plane. Ut certum enim supponimus eam corruptam esse, hominem imperfecte que recto & perfecto rationis usu excidisse, non tamen omni- sunt.

U

destitui,

Rationem no-
stram esse cor-
ruptam.

destitui. Videbimus autem, an quædam argumenta reperiuntur, quæ nobis persuadeant, leges Naturæ non solum societatem quandam aut pacem inter homines intendere, nec sola justitiae observatione contentas esse; sed perfectionem hominis spectare, atque perfecta & difficilia statuere, quæ Deum, ut Legislatorem, & hominem, ut opus Naturæ præstantissimum, maxime decent, atque hunc ad ea, quæ intelligere potest, obligare. Brevi, leges Naturæ non esse pro legibus plane contemnendis & imperfectis habendas, quæ non nisi vilia & parva proponant. Hoc enim solum volumus, ne quis putet, nos omnem illis perfectionem tribuere velle.

Perfectum §. 14. Antequam autem argumenta quædam hic faci-
quid dari ex entia proponamus, obiter solum dicemus, an quid perfectum
imperfectione detur. Experientia igitur testatur, nos ipsos & ea, quæ vide-
nostra probamus, non habere omnia, quæ vellentus habere, & quæ ad ver-
ram ac perpetuam felicitatem necessaria sunt. Videamus quoque alias creaturas aliis præditas esse facultatibus, ac multa
posse, quæ nos non possundus. Rerum etiam inanimatarum
alias scimus esse vires, aliam pulchritudinem & virtutem.
Nos porro ipsos non omnia memoria tenere, nec etiam sem-
per velle, decernere, appetere, quæ decernenda & appetenda
fuissemus, ex eventu judicamus.

*& operum no-
strorum.* §. 15. Eadem imperfectione inest operibus nostris. Quando
enim quid agimus, finem quidem & scopum actionis atque o-
peris futuri habemus: sed quam multa sunt, quæ finem per-
vertere, quæ actionem inutilem reddere possunt: quam mul-
ta deflunt ipsi operi ad finem nobis propositum, quam sœpe
caret illud effectu atque utilitate, quam intendebamus: Sci-
mus etiam ea perire, nec magis immortalia esse, quam nos
ipsos.

*& reliqua-
rum rerum
creatorum.* §. 16. Idem est dicendum de reliquis rebus inanimatis.
Videamus uni rei non inesse omnia, quæ nobis placent, sed u-
namquamque peculiari pulchritudine præditam alios atque a-
lios effectus producere, nec ad idem pariter omnes esse
utiles. Alio modo nos afficiunt soni & harmonia, quæ aures
demul-

denucet : aliter nos delectat pulchritudo, quæ in lineis & figuris cernitur, & quæ in coloribus corporum conspicua est. Hæc quidem omnia cum reliquis rebus de bono & pulchro participant, sed ita, ut singula ipsum bonum & pulchrum non constituant. Quanta autem est illa pulchritudo & perfectio, quam necimus, qui externam solum retuum faciem sensibus comprehendimus, ipsam vero earum naturam ignoramus.

§. 17. Hæc igitur nos docere possunt, non omnem pulchritudinem & perfectionem nobis reliquisque rebus inesse, sed perfectum : multa illis deesse, quæ si haberent, præstantiores, digniores & meliores dici possent. Cum vero, ut diximus, omnes res de pulchro participant, ex ipso imperfectionis nostræ sensu colligimus, dari ens quoddam, cui omnia illa pulchra & perfecta insint, & cui nihil desit. Ut enim omnia, quæ existant, ab aliquo ortum suum habere oportet, ita certe in illo, a quo omnia profecta sunt, omnes illas pulcherrimas rerum formas & rationes reperiri, idque ipsum bonum & perfectum constituere necesse est. Post id itaque, totum etiam mundum perfectum esse oportet : quia omnia entia perfecta & pulchra continent, nihilque extra eum concipi potest.

§. 18. Singulæ etiam res creatæ alio sensu perfectæ sunt. Pervenient enim ad finem suum, nihilque illis ad eum obtinendum deest, sed tales sunt, quales Creator voluit : implant locum suum & ordinem, quem inter alias res habent. Animalia moventur, quo possunt & debent movere modo finem suum non excedunt, nec ordinem deserunt. Idem est in rebus inanimatis. De singulis autem speciebus hic non loquimur ; sed de genere, & consideramus proprietates & qualitates, quæ speciei inesse possunt, & generi convenienti, atque propriæ sunt.

§. 19. Quod si etiam singulas species intueamur, easque inter se comparemus, perfectionem aliquam in illis deprehendimus. Cum enim omnes perfectiones, quæ generi insint, in una specie vel individuo non reperiuntur, illam perfectam dicimus, quæ plurimas habet vel majores, propter quas maxime res quædam ita se habent, & officium atque opus suum optimè perage-

*DEUM esse
multa illis deesse, quæ si haberent, præstantiores, digniores & meliores dici possent. Cum vero, ut diximus, omnes res de pulchro participant, ex ipso imperfectionis nostræ sensu colligimus, dari ens quoddam, cui omnia illa pulchra & perfecta insint, & cui nihil desit. Ut enim omnia, quæ existant, ab aliquo ortum suum habere oportet, ita certe in illo, a quo omnia profecta sunt, omnes illas pulcherrimas rerum formas & rationes reperiri, idque ipsum bonum & perfectum constituere necesse est. Post id itaque, totum etiam mundum perfectum esse oportet : quia omnia entia perfecta & pulchra continent, nihilque extra eum concipi potest.*

*tum reliquis
creaturas ;*

*ac singulas
quoque speci-
es.*

peragere potest. Ut exemplis id ostendamus, non est necesse. Mira vero sapientia Naturæ oculis & menti nostræ se exhibet. Cum enim potuisset singulis speciebus æqualem perfectionem tribuere, maluit dispergere pulchritudinem, atque in singulis speciebus pro parte eam proponere, ne creature rationales plus creature tribuerent, quam par esset; sed a singulis ad universa intelligenda invitarentur, a speciebus ad genus totum, a variis generibus simul collectis ad Autorem ejusque perfectionem intelligendam ascenderent. Et cum homine in corpore ac intellectu admodum finito constare vellet, omnem pulchritudinem in singulis speciebus proponere voluit, ut mens homini finita posset capere finita, intellectui ejus accommodata, & in varia ac finita rerum pulchritudine & varietate, perfectionem atque infinitam sapientiam Creatoris, immensitatemque pulchritudinis ejus percipere. Voluit etiam Deus vinculum & amicitiam inter creature constituere. Cum enim potuisset unum hominem creare, fecit plures: ut amore unum fierent; ipse vero a multis laudaretur.

mentem nostram habere legem.

§. 20. Ut igitur ad scopum veniamus, mentem nostram ejusque vias, operationes & motus considerabimus. Constat igitur omnes res creatas, totumque adeo mundum & singulas creature certis legibus contineri secundum quas moventur & subsistunt. Iisdem etiam legibus mundum, omnesque ejus partes uniri, mutuaque amicitia conciliari: menti nostræ ideo leges prescriptas esse, ut certo ordine agat, & res arbitrio suo subjectas disponat, ipsa quoque, ut reliquæ res, id sit & efficiat, quod Author Naturæ eam esse & efficere voluit; denique ut inter ipsam & reliquias res, nec non Deum nulla sit discordia, sed amor & societas perpetua. Certum quippe est, Deum non dedisse homini talem legem, quæ ei malum adferret, aut naturæ ejus contrariumque rerum repugnaret; sed potius, cuius ductu ipse & res illi subjectæ in perfecto & naturæ suæ convenienti statu constituerent & conservarentur.

Leges Naturæ non esse

§. 21. Jam igitur mens nostra est præstantissima creaturerum & reliquis perfectior. Quis enim dubitet intelligere, atque

que proprio & libero motu agere, præstantissimas & divinas esse facultates? Unde mens nostra est mundus quidam; quia visibilem mundum cogitatione complectitur, ejusque dispositio-nem & ordinem contemplatur. Intelligit illa Deum, quo nihil majus, nec perfectius intelligi potest: videt multarum rerum modum, ordinem, usum: judicat aliquid bonum, aliud vero malum atque unum altero melius & perfectius esse. Ipsum ergo istud vivere, intelligere, videre, velle, agere, magnam quid est divinum.

§. 22. Sola enim mens capax est veritatis & actiones & usq; ratio-producit morales, nec quisquam existit, qui non hac duce omnina agere velit, omnesque reprehendendos & ridendos judicet, qui a ratione discedunt, in illis etiam rebus, quæ ad felicitatem hominis nihil necessario faciunt. Homo enim, etiam pessimus, ordinem amat, & unicunque suo loco collocare convenientiique modo peragere cupit, et si in modo & ratione errat.

§. 23. Cum igitur Natura voluerit, ut ratio nos regat, nec quid aliud sit, quo officia nostra adsequi, aut intelligere queamus, quam ipsa ratio: illa vero, quatenus sana est & recta, præstantissimum quid, perfectum & divinum sit, & perfecta atque pulchra intelligat: probabile non est, naturam velle, ut exigua quædam & vilia officia obeamus; ea vero, quæ ut majora atque perfectiora agnoscamus, negligamus. Affirmari enim nequit, Deum nobis dedisse rationem ducem, sed non totam: voluisse, ut partem ejus sequaintur, partem vero nihil ad nos pertinere putemus. Nam si ea, quæ homini ut sit homo, & ut ratione videatur agere, observanda sunt, tanta non esse credimus, dicimus utique rationem pro parte non esse rationem, quod Deo & ratione indignum est. Quæ enim esset sapientia artificis, qui magno molimine quid agit, qui res maxime perfectionis producit, eas pulchritudine ornat, facultatibus viribusque plane singularibus instruit, nolle tamē eas effectum facultatibus suis & præstantiæ convenientem producere? In rebus iuanimatis pariter & animatis certum est, quo præ-

stantiorem unaquæque res habet naturam atque vires, eo præstantiorem quoque ipsam esse, & præstantiora agere atque operari, nec vires suas & utilitatem vimque insitam negare aut occultare. Quod aurum sit metallorum præstantissimum, ex utilitate ejus, & præstantia naturæ atque viribus cognoscimus. Soli certe, quia lucem præbet, plurimi ideo tribuendum est. De animalibus, herbis cæterisque rebus idem judicium esto. Quo præstantior qualibet res est, eo præstantiorem quoque & majorem præbet utilitatem. Quare si & ratio nostra res est præstans, perfecta, divina, convenit quoque, ut perfecta, quantum potest, intelligat & operetur.

S. quia perfecta intelligit

§. 24. Et quomodo fieri potest, ut Lex Naturæ, quam homo non nisi ratione & intellectu percipit, nec aliunde, quam ex iis rebus deducit, quas perfectas & pulchras intelligit, non aliqua saltem sui parte ad perfecta & pulchra tendat, tantumque præstantiam contineat, quantam ipsa mens nostra continet, tantumque orares res antecedat, quantum ipsa mens, quam regit, excellit, aliisque rebus præstat? Contradictionem involvit, si id, quod mentem nostram (qua vero, pulchra, & perfecta intelligit) in officio continet, non perfectissima quævis illi proponere dicas, sed humilia tantum, & talia, quibus meliora dari, ipsa mens nostra intelligit. Voluntatem quoque nostram, qua se ipsam movere dicitur ad actiones obeundas, modo perfectissimo & ad perfectissimum moveri necesse est: non minus quam corpora, quorum omnis motus est per lineam rectam & in infinitum tendit, nisi ab aliis corporibus impediatur.

omnem rationis vim hic considerandum esse.

§. 25. Non vero particula quædam rationis nostræ hic solum intuenda, nec ad unum quendam scopum particularem referenda est: sed totum illud, quod in nobis est, & quod rationis aliquam vim habet, spectandum. Ut enim is, qui concentum musicum vult efficere, omnibus utitur harmoniae generibus: neque enim Diatesseron vel Diapason rotam Symmetriam absolvit, sed omne id, quod in tonis suavitate quadam aures adficit, & maxime illi toni, qui perfectissimum facunt concentum: ita certe, si in legum Naturalium Systemate est aliquis concentus, crea-

dendum est, perfectissimum illi inesse. Qui hominem, vel animal aliquod pingit, id solite agit, ut omnes ejus partes quam perfectissime delineer, ne quid ad pulchritudinem dedit. Qui mensuram corporis alicujus vult definire, ne in minimo quidem errare debet. Quod si ergo rationem & Legem definire velis, nihil certe omitti debet, quod rationem habet. Quod plura enim negligis, eo imperficius erit id ipsum, quod definire cupis.

§. 26. Leges & officia, quæ voluntatem nostram regunt, sunt veritas quædam. Ad eam enim, tanquam normam, mens nostra se componere debet, ut talis sit, qualis lex esse vult; Opera itaque danda est, ut hanc veritatem totam videamus, nec prætermittantur, quæ perfectissima sunt, & maxime vera. Veritas quippe non intelligitur, nisi tota, nihilque tam exiguum est, quod officio careat, & quod non possit & debeat ad optimam atque perfectissimam rationem dirigi.

*veritatem non
recte intelligi
nisi tetam.*

§. 27. Cupiditas quoque, qua omnes homines aguntur, probat quod volumus. Nequit enim illa expleri, nisi optimum consecuta fuerit, ita ut nihil amplius expetendum supersit. Nullus finis, nulla satietas hic datur, nisi ad terminum & finem pervernit. Hoc vero desiderium homini certe non cum in finem datum est, ut voluptatibus corpus impleteat: illis enim enervatur potius & laeditur, quam juvatur; sed ut bonum expetat, & ad Auctorem suum convertatur. Quare si quis leges bonum quid esse intelligit, suasque cupiditates ad eas convertit, non poterit non optimum, quod in illis cernit, sequi. Nec quis potest ad Deum reverti, nisi illi placeat; nec placere, nisi illi similis sit; nec similis esse, nisi omnes pulchri & perfecti rationes legibus expressas, nobisque ob oculos positas amplectatur & sequatur. Quare si leges, de quibus agimus, sunt bonum quid, quod negari nequit: cupiditas illa, qua ad summum ferimur, in legibus quoque ad summum, optimum & perfectissimum nos ducit.

*Probatur por-
ro ex cupidi-
tatis homi-
num;*

§. 28. Cupiditas quippe illa alibi quoque ad perfecta in- que ad perfe- cendit & excitat animum. Nemo enim est, qui non velit, perfe- ctissima fe- cta potius efficere, quam imperfecta: qui non optet, ut sit omni- rintur.

um perfectissimus : qui non ad felicitatem suam quid addi posse putet. Cum igitur hoc animo simus in rebus, quæ non sunt nostræ, cur non eodem modo affecti erimus in eo, quod vere nostrum est, actionibus scilicet nostris, illisque perfectissimum & summum, ad quod nos tendere oporteat, inesse putabimus? Actiones autem vere nostræ sunt : quia ab animo nostro proficiuntur, & auctores earum suos ; reliqua extra nos sunt. Licet in corpore vivamus, non tamen corpore vivimus. Quod vivit, animus est, veritatis, quæ pabulum ejus est, particeps. Hæc vero perfecta est ; ergo & perfectum erit, quod eum sequitur.

S. 29. Ipse porro Amor, qui est immortalitatis desiderium, & nos solus occupat, idem docet : Et si accuratius cum consideremus, quomodo is se habeat ad ea, quæ amat ; videbimus, cum non nisi perfectissima amare.

tum Nostro, S. 30. Amor enim, quo nos ipsos & nostra prosequimur, tantus est, ut nihil sit adeo magnificentum, excellens atque pulchrum, quod non putemus nobis convenire. Ex hoc amore proficiuntur, quod nihil magis in votis habeamus, quam ut ab omnibus hominibus amemur. Tum quippe vere amabiles nos putamus. Quare si verum est, nobis non perinde esse, quomodo in quotidiano vite usuagamus, si actionibus nostris potest quid justi, honesti, decori inesse : si dignitatem hominis in eo conservero putamus, ut sapienter & pulchre omnia agat : si ab omnibus hominibus amari volumus, ut nos ipsos perfecte amare possimus ; manifestum est, nos perfectissima quædam & pulcherrima supponere, quæ omnes plane homines amare possint & velint. Certum quoque videtur, Naturam, cum amorem nostri vehementissimum nobis indiderit, dedisse etiam illi amori objectum amore dignum ; quod nihil aliud esse potest, quam pulchritudo & perfectio nostra, non solum corporis, sed & animi, & præcipue voluntatis : ac proinde amorem ipso amore nostri, quem nobis indidit, nos impellere ad pulcherrimas quasque & optimas actiones, neque ulla mediocritate eam delectari, nec velle, ut ea contenti simus, aut credamus, naturam nobis vilia proponere ; sed optima potius & pulcherrima quæque, maximo amore digna.

Nisi

Nisi forte amorem illum frusta nobis datum velimus, vel saltem ad corpus curandum & nutriendum, ut bestiæ solent. Si enim hoc esset, homo se non amaret ut hominem, sed ut bestiam.

§. 31. Si amorem porro erga alias *creaturas* consideramus, & quidem eas, quæ pedibus nostris subjectæ sunt, non opus *rum*, est, ut multis demonstremus, nos res pulchriores & perfectiores reliquis præferre, illas admirari & laudare, has contemnere & abhincere. Apparet quoque, quod rebus præstantioribus & melioribus felicitatem dignitatemque nostram augeri, & quo pulchriores ac perfectiores sunt res, quas possidemus, eo perfectiores & digniores quoque nos ipso existimemus. Cum itaque ubivis ad præstantissima appetitus & judicium nostrum, licet corruptum, feratur, quomodo persuaderi nobis patiemur, naturam nolle, ut optimas rationes & perfectissima officia, quæ intelligere possumus, amplectamur, sed ea solum præ oculis habeamus, quibus consuetudine hominum civili, & paci externæ, aut solius forte justitiae officiis, aliquo modo satisfieri possit?

§. 32. Quod si etiam omnia, quæ pulchritudinem rerum *& pulchritudinis* constituunt, perpendamus, mirabile est, mentem nostram ea observare & dijudicare posse. De pulchritudine vero judicari, nec quid sit intelligi potest, nisi, quod pictores & statuarii, faciunt, pulcherrima & præstantissima nobis proponamus consideranda. Est igitur & voluntatis nostræ quædam perfecta pulchritudo, quæ sine dubio in eo consistit, ut ad pulcherrima feratur, eaque perficiat. Quis enim affirmaret nihil pulchri, nihil perfecti illi inesse? Quis assereret, cum pulchritudinem maximam in rebus aliis voluntas segetur, eam, quando inovetur, ad deterrimas potius, quam pulcherrimas actiones, quas intellectus illi representat, ferri debere? Actionibus vero nostris pulchritudo inde conciliatur, quando rerum creatarum ordini & pulchritudini & DEI perfectioni non contrariantur.

§. 33. Consideremus etiam amorem, quo erga genus humanum affecti esse debemus. Supponimus enim amandos esse homines ex eadem ratione, qua quis se ipsum amandum esse non dubitat. Etsi igitur omnes amemus, & amare de-

beamus, maxime tamen amamus eos, quos pulcherrimos maximisque virtutibus praeditos credimus: quo ipso agnoscimus ad perfectissima & optima hominem factum esse. Inde etiam est, quod veteres inter Deos retulerint, quos ceteros homines virtutibus præcellere credebant, genusque humanum maximis beneficiis affecerant. Vitia quoque hominum quo majora sunt, eo magis detestamur, & minime in homine ferenda judicamus. Summitatem ergo quandam oppositis virtutibus inesse oportet, atque ad ea lectanda nos a que obligari, ac obligamur ad vitia quævis turpissima fugienda;

*eiusque effe-
ctu.*

§. 34. Quis præterea sit effectus amoris erga homines, neminem ignorare arbitror: Non certe is solum, ut alteri, quod ejus est, tribuamus: hoc enim minimum est, quo amorem nostrum alteri declaramus; sed ut omne id, quod illi commodo esse potest, largiamur, adeo, ut si efficere id possimus, nihil illi desit. Hæc enim est natura amoris, ut velit omnem imperfectionem tollere ab amato: id quod exempla & instinctus amoris erga certas personas nobis inditi satis probant.

*& amore er-
ga Deum.*

§. 35. Sed veniamus ad amorem DEI, ut videamus, nec hunc mediocritatem admittere. Quemadmodum enim ad perfectiones ejus intelligendas omnes animi vires non sufficiunt, ita nec ad eum amandum sufficient omnes voluntatis nostræ facultates. Etenim sensus nostri docent, illum perfectissimum esse & pulcherrimum omnium rerum, quas cogitatione complecti possumus. Unde consequens est, infinitum amorem eum efflagitare, qui totam mentem nostram occupet, qui omnes actiones producat, ad solum illum amorem tendentes. Omnia, quæ in nobis sunt, nos docent pulcherrimum præferre minus pulchro, & cuique rei tribuere amorem, quo illam dignam judicamus. Omnia igitur amor ille a nobis exigit, nec quidquam relinquit. Quantum enim amoris alii rebus tribuimus, tantum illi decedit, & sic imperfectus est. Quatenus enim amori illi quid addi potest, DEum non amamus; quod

quod impium. Perfecto autem amori interno actiones perfectæ respondent.

§. 36. Quin etiam amor DEI erga homines evincit, *ex amore Dei erga homines.* quod volumus. DEus quippe sine dubio amat genus huma-
num, tanquam opus eorum, quæ fecit, præstantissimum, men-
tisque divinæ particeps. Amat quoque homines affectu te-
nerrimo, singulisque vitæ momentis eos invitat, cogit, ad se
trahit, & quasi palpandum & fruendum illis se offert, illos fo-
vet, bonisque plurimis cumulat. DEus autem non ita amat
homines, ut eos non amet modo perfectissimo : non potest
autem perfectissime eos amare, nisi eos quam optimos vel-
let ; nec homo sese optime habere potest, nisi per optimas
& perfectissimas leges, quas potest intelligere.

§. 37. Nec vero illa tantum, quæ in nobis sunt, perfectionem Legum naturalium probant, sed & Natura exemplis factisque suis in rebus extra nos positis idem docet, *Item exemplis Naturæ.* Omnium enim rerum, quæ terra gignit, aut natura producit, stirpium & animalium, initium aliquod voluit esse natura rerum, & tandem etiam perfectionem. A tenuibus enim principiis & ob- scura plane origine, semineque vilissimo ad maturitatem perfectionemque dedit. Ipsum quoque corpus nostrum, tempore & ætate tandem perficit. An ergo eam dicemus optimam nostri partem deseruisse ? Minime. Vult illa animum quoque perfici. Sensibus enim nos ornavit ad res percipientias idoneis, & talem dedit mentem, quæ virtutis est capax : ingenuit sua doctrina notitiam rerum maximarum, & sic perfectionem animi nostri inchoavit : nobis vero reliquit, ut Naturam ducem sequeremur, & ex notitiis ac principiis menti impressis investigaremus consequentia, donec per multos gradus ad id fastigium, ad quod aspirare licet, perfecta ratio- ne mentis adscendentes, perfectionem consequamur.

§. 38. Cum porro finem habeat homo, & sapientia Atque fine bonitatique divinæ conveniat, ut ille perfectus sit & constans, *hominis ;* nempe, ut assimiletur sapientia & perfectioni divinæ ; certum est, legem, qua ad finem ducitur, ejusque voluntas per-

ficitur, viam, qua ad terminum illum tendit, rationem, qua ad scopum obtinendum invitamus, trahimur, impellimur, imperfectam esse non posse.

*qui sanctissi-
mus est.*

§. 39. Cum enim Deus pura sit mens, & pura mente invocari velit, impurum omne & imperfectum averteret necesse est. Homo etiam cum praeципue in finem conditus est, ut Deum intelligat. Quo perfectior ergo quis est & purior, eo maiorem etiam Dei cognitionem habebit. Puro enim cum impuro, luci cum tenebris nulla est communio. Porro cum finis, quem Deus omnibus suis operibus proposuit, sit sanctissimus, similis quoque finis, imo multo prostantior, ac officia eo tendentia, praestantissima homini tribuenda sunt.

*Item ex Legi
N. que felici-
tatem ho-
minis inten-
dit.*

*& solida lae-
titiae causa est*

§. 40. Per Legem quoque illam homo ad felicitatem ducitur & beatitudinem. Est quippe illa non ad angendas, sed ad leniendas ejus miseras data, uti in confessio est. Quod autem ad felicitatem dicit, perfectum esse oportet. Deus ideo beatissimus est, quia est perfectissimus.

§. 41. Eadem quoque Lex homini, quando eam saltem contemplatur, maxima & solida gaudia, summamque tranquillitatem procurat, quod non faceret, nisi esset perfectissima. Quid enim majus gaudium menti nostrae afferre potest, quam intelligere rationes illas, quibus creaturæ, in primis rationales, subsistunt & conservantur? Quid praestabilius, quam eas sequi, comitem se dare Naturæ perfectissimæ & potentissimæ, rapi atque mergi pulchritudinis abysso? Hoc autem fit, quando animus euris terrenis solutus, & a reruni terrenarum turba semotus, tanquam testis & spectator divinorum operum, atque imamens earum pulchritudinis, leges illas contemplatur, & Systema earum in rebus creatis expressum videt: Quæ res ejusmodi spectaculum illi praebet, quo oculus nunquam satiatur.

*omnes vires
hominum
dirigit,*

§. 42. Dirigit etiam Lex illa omnes vires hominis, ut nihil inordinati in illis sit, nec discedat a sapientissima rotius mundi gubernatione & ordine; sed, uti reliqua res, ita & mens

mens humana propriam & aliorum dispositionem sequatur, quo pulcherrima omnium rerum compages & amicitia conservetur. Quare si omnes plane vires hominis ad rectitudinem componit, perfectam eam hoc sensu esse & credere oportet, quod animi præcipue puritatem & perfectiōnem exigit.

§. 43. Eadem quoque Lex inter ipsos homines talem constituit statum, in quo amor, humanitas & reliquarum humanarum virtutum cohors atque benevolentia imperium exerceat. Nam ut hoc obiret solum dicamus, impossibile est, naturam velle, ut inter idem genus rationale pugna sit & iniuricia. Inde videmus, Naturam societas quasdam irrefragabili necessitate & summa jucunditate junctas instituisse, & firmis funis vinculis munivisse, ut inconcussæ starent. Hinc etiam tot illecebras, gaudia & affectus tenerimos illis junxit, quo ad societas illas & voluntatem Naturæ servandam præmissis etiam & voluptatibus alliceremur. Omnes autem homines necessitatibus & infirmitatibus variis copulavit, ut, quisque infirmior est, eo plus alterum pollere voluerit, ut alter alteri opibus succurrat, & hic illius quasi sit manus & oculus. Hæc vero omnia non exigua, sed magna, coque majora reputanda sunt, quod sine iis omnis hominum vita solitaria esset, brutorum etiam condizione inferior & vel hac de causa maxima sunt, quia virtuosis & pravis communis naturæ affectibus repugnant, uesti nisi in præstansim ingenii & nobilioris sortis homines ad magna a natura factos cadunt.

§. 44. Quocunque igitur modo perfectionem aut legem, de qua loquimur, consideres, non omnis perfectio illis deneganda est. Nam si hoc perfectum dicas, quod omnibus suis partibus constat, certum est, leges illas esse perfectas. Nulla enim probabilitate asseri potest, cum omnes res creatæ secundum perfectas leges subsistant, moveantur & converventur, menti nostræ, quæ omnium creaturarum est perfectissima, imperfectas Leges datas esse, illisque quid deesse,

quod ad ejus motum & perfectam actionem requiratur. Et qualescumque tandem quis velit illas leges esse, constituant tamen illæ corpus aliquod, quod omnes complectitur, quas Legislator constituere voluit.

*quia pulcher-
rime sunt.*

S. 45. Quod si porro consideres; perfectum esse id, quod pulchrum est, eximium atque magnum, perfectionem illis non denegabis. Cum enim supra ostensum sit legem illam a perfectissima venire origine, a qua nihil nisi pulchrum profici sci potest, eamque perfectissimæ creaturarum, quæ & pulchra & perfecta instinctu Nature fertur, datam esse, omni dubitatione caret, pulchras esse leges illas; maxime cum & hominem deceant, & ominus boni illi sint auctores.

*quia legibus
naturæ irra-
tionalis pre-
stant.*

S. 46. Denique si leges illas compares cum aliis naturæ inanimatæ legibus, illis certe tantum prærogativæ præ his tribuendum est, quantum menti nostræ competit præ reliquis rebus. Mens quippe nostra media est inter DEum & res alias, hisque imperat, tanquam ad usum suum factis, ipsa autem propter Deum est. Cum etiam sola mens nostra rerum omnium rationes, ordinem, pulchritudinem comprehendat; necesse est, ut dominium, quod illa exercere debet in res illas, & modus, quo auctori suo & creaturis sui similibus, amicitia & societate pulcherrima jungitur, multo nobilior & excellentior sit illis legibus, quibus res inanimatæ continentur.

*Interest hu-
mani generis
ut Leges N.
perfectæ poti-
dicantur,
quam imper-
fectæ.*

S. 47. Antequam ad finem hujus disputationis veniamus, hoc addendum est: quamvis omnia, quæ diximus, ad persuadendum parum apta sint, magis tamen e re generis humani esse, ut leges illas perfectas credamus, quam imperfectas, earumque viam, quantum possumus, intendamus potius, quam remittamus: plane sicut interest nostra, Deum esse eumque perfectissimum, quam DEum non esse, aut imperfectum: Idque vel ea de causa, quia hoc pacto commodis nostris, etiam terrestribus, quibus certe nimium omnes studemus, multo melius consultum foret, quam hoc. Quo perfectiora enim leges istæ a nobis exigunt, eo majora emolumenta in vitam humanam redundatura certum est; cum omnem tranquillitatem &

& felicitatem corporalem, qua fruimur, debeamus qualicunque custodiz etiam humanarum legum, quæ perfectionem naturali-
um certe non superant, acceptam ferre. Cur ergo putare-
mus, si Leges Naturæ perfectissima quævis exigere, illas mi-
nus ad felicitatem nostram facturas? Probabile enim videri
nequit, ne quidem illi, qui nihil verum credit, Naturam ho-
minibus leges proponere ad eorum perniciem: aut rationem
& mentem dedisse, quam si omnia sequerentur, infelices po-
tius escent, quam felices.

S. 48. Quod si etiam vitiosas nostras cupiditates se-
quamur, quas maxime sequi necesse est, qui legibus non fa-
vent, magis convenient leges perfectas quam imperfectas dicere. Digniati enim & superbiaz hominis magis consuluntur, si affir-
memus, hominem ad magna & perfecta exequenda factum es-
se a Natura potentissima, non vero ad vulgaria quædam &
contemnda, nec adeo magni momenti: vel, quod jus non
nisi commercium cum rebus perituris & inanibus, earumque
acquisitionem & retentionem, quæ nihil nisi turbas, labores,
solicitudines & curas producat, respiciat. Quid enim magni
eset in vita, si nihil aliud nobis agendum incumbet, quam
ut corpus curemus, & quæ eo faciunt, acquirere, conservare,
vel repetere discamus? Ad hoc non opus fuissest hominem a
natura rationalem fieri, intellectu boni & veri, ac mente rati-
onis atque ordinis amante creari; sed suffecisset animali solum
instinctu eum agi, ut bruta, quibus natura de omnibus neces-
sariis prospexit sine ullo eorum labore. Neque etiam cre-
dibile est, rationem homini datam, ut miserior eset brutis, vel,
ut miseriam quidem suam intelligerer, nullum autem veræ per-
fectionis sensum haberet.

S. 49. Quod si vero quis felicitatem suam in usu volu-
ptatum & possessione bonorum (quod solum, si legis cuius-
dam perfectæ observantiam remittas, superest) collocet; evi-
dens est, eum decipi; quia bruta multo feliciaora escent. Ni-
hil enim illis deest ad vitæ commoda, & quod maximum est,
non sentiunt miseriam suam. Ex adverso, si homo totus sit
in

Quod etiam
ex vitiosis cu-
pitatibus
probatur.

in rationibus illis perfectissimis, quibus Deus rationales creaturas perfici voluit, intelligendis & sequendis, prærogativa illa, qua bestias antecedit, magis eluceat & habebit etiam vitæ solatum non exiguum, felicitatemque brutorum felicitate majorem.

*Rationem
quidem o-
minem perfe-
ctionem non
assequi;*

§. 50. Qui leges quasdam natura proditas ac nobiscum natus admittit, illi vel certa, vel probabilia, quæ hactenus disputavimus, videbuntur. Difficultatem tamen quandam habere videtur, quod natura & experientia nos doceat, tantam hominem infirmitatem, tantam mentis cœcitatem voluntatisque pravitatem esse, ut non videant perfecta, nec ulla spes ob virium humanarum imbecillitatem ad veram ad perfectam aliquam vitæ rationēi perveniendi superfit: cum præclarum putetur, in infinitis subsistere, & nescio quibus vulgaribus præceptis satisfacere, externaque quandam honestatem sectari. Unde consequens videtur, Naturam non proposuisse homini talem legem, quæ tantæ sit sublimitatis & perfectionis, ut eam vix capere possit, & tanta difficultatis, ut eam observare supra vires illius sit, imo, quæ affectibus hominis natura insatis plane repugnet. Multi quippe homines adeo ab omni ratione alieni lunt, ut vix prima rudimenta præceptorum capere possint. Quod Gentes in maxima vitæ & morum feritate constitutæ omni justitia vacua fuerunt? &c.

*non tamem
sequi, Leges
esse imperfe-
ctas.*

§. 51. Nihil tamen secius putamus, non adeo difficile esse, alii persuadere, leges, de quibus loquimur, perfectas potius esse, quam imperfectas. Nam si id, quod diximus, hanc rem dubiam efficere posset dicendum potius esset ut consequentia vera sit, nullam plane legem dari. Vix enim una est quæ a plerisque, vel omnibus perfectæ, & ut ratio præcipit, observatur, aut observari potest. Præcepta quoque Naturæ, etiam perfectiora, non debent humanæ naturæ plane impossibilia vel contraria existimari. Denique Lex Naturæ non ad voluntatem nostram vitiosam; sed voluntas nostra ad Legem accommodanda & ex ea metienda est. Si enim lex non esset perfectior

perfectior & melior instinctibus & cupiditatibus nostris, lege non esset opus.

§. 52. Nec Gentilibus, qui aliqua honesta notitia imbuti *cum Gentes* fuerint, difficultas legum observandarum impedimento fuit, erediderint quominus honestum omnibus modis efferrent, felicitatenique *eas esse perfectiones* in illo collocaarent, ac illud demuni solum & verum bonum *etissimas*. crederent. Unde illud Ciceronis ex Platone Lib 1. d. offic. c. 5. facies honesti, si oculis cerneretur, mirabiles amores exciteret sapientia, ut alia, quæ huc afferre possem, testimonia & loca Veterum præteream.

§. 53. Atque exinde etiam forte est, quod Stoici eam *imprimis Stoicorum Philosophiam* interpretantur, quam adhuc nemo mortalis est *ici*. consecutus: Etsi enim non desint, qui *Philosophia Stoica* & *imprimis Senecæ* accuratius perspensa, judicent, vim quandam ingenii quidem & verborum phaleras in illa cerni; nullam vero rationum vim aut evidentiam: Ideam illam sapientis, quam Seneca fingit, magnificam quidem esse, sed tamen simul vanam & cerebrinam, nec placere nisi pueris, & qui naturam non intelligunt. Verum licet hæc cum quadam specie proferti possint, in plurimis tamen benignius judicium ferendum est. Nam quidquid de vitiis illius *Philosophiae* sit, ex illis, quæ Stoici sapienti tribuunt, multa ex amore perfectionis (etsi non adeo puro) ejusque contemplatione, quæ homini convenit, profluxisse videntur. Ea quoque quæ verborum vanitate & fastu sublatò superbiunt, sat magna sunt, & perfectionem aliquam ob oculos ponunt. Nec illos magis reprehendens quis judicet, qui eam perfectionem bono consilio aut fervore imaginationis angere, & ultra vires etiam humanas extollere volunt, quam alios, qui debilitate ingenii, aut alio quovis affectu eam deprimere aut extenuare cupiunt. Utrisque autem in eo, quo ab hominis mensura discedunt, condonandum.

§. 54. Illud verum est, veram perfectionem Legum do- *Perfectionem* cere, restumque rationis usum hac in re ostendere neminem *omnium legum* posse, nisi vel hominem plane perfectum, vel potius, quod & *gum non inserviat*.

*Sed quis nisi
perfectus.*

Socrates sope agnovit, Deum. Deo enim, ut creatori & opifici, intime sunt cognita opera sua. Ipse ergo, cur & ad quem finem quid factum sit, optime novit. Quo propius itaque ad Deum quis accedit, quo magis quis res humanas contemnit, eo plura cum etiam hic videre certum est. Nam veritatis tam claræ & perfectæ non est mens capax quæ non nisi rebus sensibilibus delectatur. Illisque pretium aliquod, et si minimum, tribuit. Usus enim vite communis & assiduum commercium cum rebus eo pertinentibus, in mentem obnubilat, onus, quo premitur, aggravat, ac amorem rerum humilium, quo in contemplatione veritatis impeditur. auget, ut veram & nativam ejus pulchritudinem videre, & pura meditatio ne adsequi nequeat. Quo major enim turba rerum, curarum & hominum mentem occupat, eo cæcior est in rebus perfectis cognoscendis. Nam illa, veluti fluctus maris æstuantis, nauicam pariunt cibi salubrioris, ut eam admittere ægrotans animus non possit, et si velit.

Opera tamen S. 55. Hæc tanquam vera & certa, ab ipsis etiam Gendanda, ut cœtilibus pro veris sunt habita. Interim tamen, cum leges illæ, sum perfecti- qualeviscumque etiam homini corrupto, & solo naturæ lunine uenem affequa- tenti videantur, sint servandæ, illarumque jugum lubenti animo recipiendum, & maximus illis honos tribuendus sit; id certe minimum est, quod quis credat, illas pulchras esse & non imperfectas, ita ut licet omnem eatum perfectionem non adsequatur, non omnem tamen illis deneget; cum magna exigant & pulchra, certumque sit, si eas sequatur, conditionem suam reddi optimam, seque tum vere rationalem & libetum esse, & sic demum nec aliter, verum voluntatis sua usurpabere. Si id crederet, mentem quoque ad eos convertet, nec ignorabit, quæ potest scire, nec forte quid detrahet majestati illarum rerum, vel parum magnificas sibi de illis opiniones formabit, sed paulatim assuefcet, perfectam illarum lucem intueri.

Usile enim est S. 56. Si contingeret hominem uno intuitu omnem vi- imperfecta de dere veritatem, ille certe fulgorem fere non posset, quod eve- perfectis dis- nire solet illis, qui in tenebris diu versati, solem subito adspiciunt.

ciunt. Perfectio quædam est, iimperfectionem suam nosse, atque animum onere vanarum rerum depresso erigere velle, & in viam προς τὸ Θεόν deducere. Si enim non omnia capimus, spes tamen est certa nos quædam intellecturos; DEUS enim est perfectus, & ut talis vult cognosci.

§. 57. Quare cum Deus velit intelligi, non omnem *sane* perfectionem eum occultasse, necesse est. Nihil enim esset, quo jungi cum eo possit mens humana. Desperandum ergo non est, si omnem operam adhibeamus ut voluntatem ejus sanctissimam operibus declaratam cognoscamus. Revelabit eam nobis pro bonitate sua. Quemadmodum enim sol, qui lucem fundit, efficit, ut solem & lucem videamus, ita quoque ut Deum videamus ejusque perfectam voluntatem cognoscamus, dabit Deus. Gaudeamus interim objectum nos habere præstigiissimum & perfectissimum, quo tota nostra vita occupetur, quod omni ardore desideremus; & quovis studio expectamus.

§. 58. Exspectatio autem & desiderium felicitatis, pars ejus est & fruitio præoccupata, imo, si mens humana certa spe eam intucatur, ipsa felicitas & perfectio. Spes vero non dubia appareat, etiam si vel rationem conculcavimus. Serio enim omnia contemplanti, non potest non in mentem venire, naturam, cum nihil fecerit frustra, cum omnia ad finem producat, animum etiam nostrum perfecturam, & infinitum illud desiderium boni & veri, quo omnes ferimur, expleturam. Cur enim torqueret hominem desiderio ejus, ad quod eum fecit, obtinendi, si id obtineri nollet? Cur solus homo careret eo, quo omnes creature abundant? An perandus est Deus opus inchoatum relinquere, aut fecisse quid, cuius eventus & finis non sit optimus, aut perfectissimus? Habet ergo & desiderium nostrum finem aliquem & exitum, aetalem certe, qui menti convenit, qui non circumscribatur corporearum rerum usu, seu perpetua & perfecta veritatis contemplatione.

§. 59. Officium etiam nostri est, sanctitatem perfectio. *Magnifice et
nemiam de perf-*

*Non omnis
enim carum
perfectio nos
latet.*

*Sperandum,
desiderium
perfectionis
non fore fru-
stratum.*

Eione voluntatis divina sentiendum.

nemque voluntatis divinæ, operibus declaratæ, laudibus celebrare, quantum possumus, & quantum mens concipere & lingua enarrare valet. Omnia quippe DEI opera summa admiratione digna sunt, quæ oculis cernantur; cur ergo non & quæ sola mente contemplamur? Certe nullus hic est metus peccati, si non minus magnificè de mundo spirituali & legibus spirituum, quam de mundo visibili & legibus corporum sentiamus.

§. 60. Fieri etiam nequit, ut is, qui non intime persuasus est de perfectione & pulchritudine legum, tanquam operum vere divinorum, cogitet de obtinenda quadam perfectione, quam nec videt, nec ita amanda judicat, ut omnia illi postponenda ducat. Quare si quæ est in his rebus pulchritudo, præstantia, perfectio, aut divina quædam ratio, hæc non occultanda est; sed omni meditatione indaganda & quovis etiam sermone proponenda. Vix enim est, ut quem destituat ratio, qui illa uti vult: nec quenquam adeo vilia aut vulgaria sensus, aut ritæ quotidianæ usus, aut proprii intentis nostræ motus docent, quæ eum non possint ad summa atque maxima percipienda preparare. Nemo est, qui non peritiam aliquam rerum adquirat, de quibus sæpe cogitat, aut quæ sæpius illi obveniunt.

Perfectionis consideratio superbiam bu- manam ever- tit.

§. 61. Faciet etiam perfectionis qualiscunque consideratio, ne vires nostras majores credamus, aut de facultatibus nostris plura speremus, quam in illis sunt. Qui enim maxima quæque nobis proposita considerat, videbit quanta sit distantia inter finem & initium legum; quam longe absimus ab omnini etiam specie perfectionis, cum forte vix initii & rudimentis earum occupemur, & sæpe, ut dictum, ne cogitemus quidem de ea amplectenda, neque eam attingere cupiamus. Habet etiam satis causæ, ut omnem fastum & superbiam deponat; cum videat, nihil sibi præter obsequii gloriam reliquum esse: ritæ suæ curriculum sine otio transfiget, cum animadverrat, superesse sat laboris, ut animum ad naturæ placita conformet; ut de oraculis divinis nihil dicam: scier

scier quid discendum sit, in quo elabotandum, ut ruditatem & ignorantiam legis, quæ maxime culpanda, exuat: non dubitabit, multarum rerum scientiam repudiandam esse, ne ipsa vera adquirenda impediatur.

§. 62. Tandem contemplatio perfectionis legum auget desiderium ejus, desiderium vero animus alet videtur, si-
cū omni desiderio perfectionis sublatoleum tabescere & habe-
factari certum est. Habet enim animus propter quid Divini-
tati cognatum, & cum ea jungi desiderat. Ea quoque est
animæ natura, ut semper quid operari & producere velit.
Quando autem errore maximo, rebus humanae occupatur, &
in illis vim suam exercere nititur, nequit quiescere. Terminus
& fine in illis suis pec videt, nec reporti. Cum, os-
culta instinctu ad majora semper nitatur. Ad hec autem di-
vina quando accedit, videt terminum & quietem omnium re-
rum, tanquam in centro circuli, nec ultra quid esse, quod ap-
petat. Res quippe mundana ideo ostendit, quia ad per-
fectionem nihil faciunt. In parvo enim nihil magnum esse
potest. Hac igitur contemplatione, et si imperfecta, delecta-
tur & pascitur animus, novasque vires capit. Intuetur enim
res sibi cognatas, & in suo sibique convenienti loco est consti-
tuta, ubi nihil nisi lucem videt. Unde tenebras & res ter-
ras incipit contemnere, & vel eo ipso aliquem perfectionis
gradum consequitur, ac optime se habet,

*Eius desideri-
um animi ali-
mentum.*

CAP. X.

Quid homo possit.

S. I.

Quarundam rerum naturalium vim & virtutes sensu at- Sunt gradus
que experientia, interdum etiam ratiocinio indu- virtutum in
gamus, earumque naturam perfecte intelligete vi rebus creatis.

demur ; quia admodum simplices sunt , nec adeo late
carum usus patet : aliarum vero rerum cognitio plus dif-
ficultatis habet. Neque enim æqualis omnibus rebus indita
est virtus ; cum earum sit quedam subordinatio , nec possibile
sit , ut , cum eundem finem non habeant , sed altera proprio-
rem , altera remotiorem , una plane eademque omnium sit
conditio & status . Etenim per universam naturam omnium
rerum sunt gradus , quarum una inferiorem , altera superiorem
locum obtinet : idque non tantum in externa corporum di-
mensione , sed interna etiam omnium rerum natura procedit.
Differentia etiam sine dubio inter ipsas species ejusdem gene-
ris est facienda , pro ratione loci , terræ , climatis , aliarumque
circumstantiarum . Unde consequens est , quod unum præ
altero majorem vim potestatemque habent , & plus possit .

*Unde virtus
rei estimetur.* §. 2. Virtus rerum ex eo æstimari solet , quantum qua-
que ad sui conservationem habet potentia & virium , item quid
potest ad conservandam vel mutandam naturam aliarum re-
rum , quibus certo modo jungitur . In homine vero quan-
tum potentia situm sit , facile videtur explicari posse , si illis ,
quaæ sensus interni quemque docent , insisterimus . Sentimus
enim nos intelligere , velle , cupere , mouere &c. , quaæ omnia
cum ad illa duo , cogitare & corpus mouere , possint redigi ,
facultates etiam nostræ , his duobus includi aut abholvi vi-
dentur .

*Maximam es-
se hominum
diversitatem.* §. 3. Verum et si generales illas facultates nunc suo loco
relinquamus , ipsa tamen illa verba , intelligere Sc. , admo-
dum obscure ipsos mentis motus exprimunt , ac præterea vel
ambigua sunt , vel latam habent significationem , ipsæque tan-
dem facultates in singulis individuis adeo diversæ atque dispa-
res sunt , ut quod in uno tale est , in altero vix nomen merear-
tur . Hinc tanta est hominum diversitas , ut multi ex diver-
so genere orti videantur , quasi non unus esset spiritus , qui
omnes regit , nec mentes nostræ eadem utantur ratione , uti
oculi nostri unum habent solem . Experientia docet , si multis
gadem proponas , non omnes idem capere , amplecti , amare :

nec ad eandem veritatem idem omnibus iter, nec spondem patere accessum.

S. 4. In illis, quæ omnium oculis exposita sunt, quæque hominem, ut talem, ignorare par non est, legibus cùlicer a intelligendo Naturæ prescriptis, eadem non est omnium scientiæ; rationes ibi non idem valent, nec possunt, quod in Mathematicis, idem omnes scientiæ, quæ unanimem coniugium extorquent, quaroxis illarum certitudo major esse expediat, quam Mathematicarum. Eritne ergo differentia quædam inter ea facienda, quæ omnes sciunt, & quæ aliquibus solum iisque paucis cognita sunt? vel, an quædam sunt innata omnibus, ut herbæ agris, quædam vero industria hominum addiscuntur? quænam sunt illa? quantum valet quisque capere? quis est modus? quis finis intellectus hominum, tam universorum, quam singulorum?

S. 5. Hæc scire non inutile quidem videbatur, cum hoc Utile est pactio modum atque mensuram virium suarum quisque cognoscere, nec in iis, quæ facultates excedunt, vires consume- um nostrarum set, iis vero, quæ obtineri possunt, omni cura & cogita- tione incumberet, nihilque, quod ad perfectionem nostram facit, omittetur. Constatet quoque, an omnes natura possint jus intelligere: deinde an ad discendum vel maxime docendum apti sint. Nescio tamen an non temeritatis sit quædam species, vel decidere vel disquirere, quid homo possit & quid non possit. Nam de toto humano genere quæstio videtur inutilis, quia ad singulos applicari nequeunt, quæ de illo afferri possent. Quid vero singuli possint, ejusmo- di quæstio est, ad quam responderi non potest. Quis enim vi- res omnium & singulorum noscat? Quare etiam hoc ut dubium proponemus, & in medio relinquemus.

S. 6. Innatas homini rerum quærandam ideas credere; An probabile non arbitror necessitatibus esse. Neque enim iis egere videtur sit dari ideas mens; cum mens sit. Cur diceremus oculis innatas esse innatas? figuræ rerum, quas cernit, aut speculo imagines, quas exhibet? Mens sibi ipsi sufficit ad quævis, que eam natura ope- rari vult; nisi de verbis magis, ut solet, quam de rebus con- ten-

sentire velimur! Litter quoque tales idex iniuste existent, parum tamen ad rem presentem facerent: quia demonstrari vix poterit, quia & quales, item quot numero sint. Quia tamen tes omnino necessaria videtur, ut naturalia ab adventitiis discere possemus. Manebit autem etiam sic obscurum, quid iniustis illis idex, quis possit addere: an eas mutare, an illis uti possit, ut debet; sic autem nesciemus, quid homines possit.

Vires hominis cognoscere difficile est.

S. 7. Nam ad vires rei pernoscendas, ejus constitutionem, naturam, & cum quibusvis aliis rebus relationes scire pat est. Verum hæc, quantum ad animalium nostrum, omnia desunt. Nihil enim scimus, nisi quod ex operationalibus cognoscimus. Sed hæc exigua sunt & nimis generalia. Nam si hæc inspiciamus, omnes idem possent: quia eisdem habent facultates, eosdemque sensus. Num etiam verbis latèspicatis, quæ eo pertinent, vulgo proponantur, & recte satis passim accipientur, dubito. Præterea differentiaz facultatum in specie cuiusque individui ex iis cognosci non possunt.

Omnis non aequaliter nec eodem modo ad bonum ferri.

